



1. Bayze s: A. Ohregott Niv. / Diff:
de Sapientia Christi in Electione,
inflitutione atq; missione
Apostolorum, jene 1752.
2. de Balthasar s: D. jac: Henr. / Diff:
de Doctrina et Praxi in Pomerania
Iverica, circa Nuptias prohibitas
Gryphiswaldie 1752.
3. ————— Diff. de temporis plenitudine
Gryphiswaldie 1750.
4. Bardt s: D. ioh: fried: / Diff. de
applicatione homiletica, Lipsie
1752.
5. Baumgarthen s: D. Sigism: jac: /
Vindice vera et realis Corporis et
Sancti Christi on s: Coena presented
ab oppugnatiibus Benj: Headly Hale
1774

Q. D. B. V

30

25

DISSERTATIONEM THEOLOGICAM
DE
**FIDEI ΠΛΗΡΟΦΟΡΙΑΣ
CERTITUDINE**

AD LOCOS

LVC. I, 57-80, ET I, 39-56

ILLVSTRANDOS

P R A E S I D E

CHRIST. SIGISMVNDO GEORGIO

SS. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE PROF. PUBL. ORDIN
REGIOELECTORAL. ALVMNORVM
EPHORO

AD DIEM FEBRVAR. CIC 10 CC LIX

IN AUDITORIO MAIORI

DEFENDET

GOTTLIEB CONSTANTINVS GRÜNEWALD
ZITTAVIA LVSATVS

VVITTEBERGAE

LITERIS TZSCHIEDRICHIANIS IMPRESSAM

DISSEMINATIO MUNDI THEOLOGICO

HIDEI HANNOGENIA
CERITATIBUS

TABERNAC

CHRIST SIGISMUNDUS GLOREIO

AD THERMOS DEDICATAE ET AVERORDINI

ARMORUM MILITARUM

ET INGENII

AD DIEM ET ETEM

IN AGITATIONE MIEI

COTTUS CONSERVATRIX GRANULARIS

SATTAYA TABAT

INTIMAMENTUM

PETRA TECHNICONIUM TURBAS

Quo certior est salutifera doctrina de certitudine πληροφορίας τῆς πίστεως, sib Apostolo, *Hebr. X, 22*, asserta, atque omnibus ac singulis commendata sanctis, eo irreligiosiora sunt Pontificiorum dogmata, quibus, fidem in credentibus et gratiam diuinam incertam esse, propugnare, iisdemque diuinæ doctrinæ ἡγεῖαι contradicere, non erubescunt, quandoquidem, cum πληροφορία ista ἐπιζημένων ὑποσάσται, ac πραγματων ἐν βλεπουσένων ἐλέγχῳ, *Hebr. XI, 1*, innitatur, necesse est, eam omnes dubitationis et incredulitatis rationes prorsus auferre in credentibus, eosque de gratia DEI ac fidei suae statu adeo certos reddere, ut conuictione, non incredulitate, ut fiducia, non dubitatione, pleni, tum per quaecunque rerum discrimina pergant, prout catalogus, *Hebr. XI*, exhibitus, rem testatam facit, tum etiam coram, quae credunt, profiteantur, prout *S. Mariae, Elizabetae, ac Zachariae* exempla in duabus pericopis, quas explicat praesens *Dissertatio*, nos conuincent, utinam Pontificios quoque conuincerent. Faxit Summum Numen, ut omnia ipsius gloriae et Ecclesiae aedificatione bene uertant.

C A P V T I

Q V O

EVANG. IN FESTO S. IOANNIS BAPTISTAE

Lvc. I, 57 — 80, EXTANS

ILLVSTRATVR

V E R S V S 57 E T 58

57 Τῇ δὲ Ελισάβετ ἐπλήθη ὁ χρόνος τοῦ τεκνῶν αὐτῆν, καὶ ἐγένεντο οὐδεν.

58 Καὶ ἤκουσαν οἱ περιόδοι, οὐδὲ οἱ συγγενεῖς αὐτῆς, ὅτι ἐμεγάλως Κύριος τὸ ἔλεος αὐτοῦ μετ' αὐτῆς. Καὶ συνέχαιρον αὐτῇ.

Elisabetae autem impletum est tempus, ut pareret ipsa, et peperit filium. Et audiuerunt uictini et cognati eius, quod magnificauerit Dominus misericordiam suam erga ipsam, et gauijunt cum ipsa.

E S Η Γ Η Σ I C

Tῇ δὲ Ελισάβετ -- ἐγένεντο οὐδεν. Elisabetae autem, uxori Zachariae, Sacerdotis, quae ex posteris Aaronis exorta, et, teste *EPIPHANIO*, lib. V, contra haereses, soror erat Annae, matris virginis *Mariae*, cuius genealogiam

A

ex

EX HIPPOLYTO, Episcopo Portuensi, exhibet **NICEPHORVS**, lib. II, c. 3, erat foemina pia atque uira integritate ab ipso Spiritu S. commendata et collaudata, *Luc. I, 5, 6.* Haec, ex prouidentia diuina, erat sterilis, *Gen. XV, 3, XVII, 16, Ps. CXXVII, 3,* id est que omni sbole destituta, iam uero senex grauida facta, prout marito Angelus *Gabriel* praedixerat, *Luc. I, 13, 24,* atque non em mensibus, quibus parris humanos ordinarie in utero matris perficitur, feliciter absolutis, impletum fuit tempus parendi eam, i. e. ut pareret ea, Vid. de hoc Graecismo *Vindiciae N. T. ab Ebraism. p. 325*, et peperit, postquam *Maria Elisabeta* ualedixerat, et domum redierat, *Luc. I, 56.* filium, quem admodum hoc praedixerat *Gabriel*, *Luc. I, 13, seqq.* Ubi notetur, 1) quod *Elisabeta* iuxta ordinem naturae a DEO praescriptum peperit, 2) quod uerbum ἐγένεντος de mulieribus etiam usurpent Graeci, uid. b. *WOLFI Curiae Phiol. ad Matib. I, p. 12,* 3) quod nomen נָתַן a LXXII interpresbus Elouāber expressum, *Exod VI, 23*, occurrat, arque inde apparet, uocem istam neque a uerbo בְּנֵה quisieuit, neque a נָתַן saturauit, ut non nulli uolunt, sed a נָתַן iurauit, et יְהוָה Deus meus, sit deriuandum.

Kαὶ ἔμουσαν -- καὶ συνέχαρον αὐτῷ. Et audiuerunt uicini ac cognati, postquam admirandus hic parris fama perferebatur ad omnes, qui in ciuitate Hebron eiusdem uicinii habitabant, quod magnam fecisset Dominus misericordiam suam erga ipsam, tum, quod sterilis uitium et opprobrium ab *Elisabeta* in senectute, qua uterus eius, instar *Sarae*, emortuus quasi erat, *Rom. IV, 19,* abstulisset, *Luc. I, 21,* tum, quod tanta gratia ac misericordia ipsam complexas esset, ne difficultiori partu laborasset, prout primum parturientibus, et cum primis quando seniores sunt foeminae, qualis *Elisabeta* erat, *Luc. I, 7, 18,* accidere solet, sed felici ac facili partu filium edidisset, eoque tale ipsi beneficium exhibuisset, quo maius in humanis rebus uix darur. Quare gaudebant illi cum ipsa, uid. *Hierocrit. P. I, p. 149, seq.* ei gratulabantur ei de mirabili hoc partu, quo non tantum *Elisabetae* beneficerat Dominus, sed omni populo, cum Messiae praeco esse, eiusque uiam, docendo poenitentiam et Euangeliū, *Marc. I, 15,* praeparare deberet. Procul enim dubio haec uiciniis istis et cognatis, imo populo, innotuerunt ex *Zachariae* relatione, licet non orali, tamen literali, quae Angelus nunciasset, *Luc. I, 13, seqq.* quandoquidem iste populus, expectans *Zachariae* egressam ex templo, et admirans commorationem, *Luc. I, 21, 22,* omnino in causas huius rei perquisitur, nec uisionem atque annunciationem, ut uero simile est, reticuit, cum ipsi eiusdem promulgatio interdicta non fuisset. Ex quibus utique colligere licei, fundamentum gaudi uicinorum ac cognatorum, non tantum felicem

licem partum, sed promissionem cum primis diuinam de ministerio huius recens nati futuro, et de aduentu Messiae fuisse, quibus excitati in fide gaui sunt in Domino cum *Elisabeta*, more credentium, *Ies. LXI, 10.* *Luc. I, 46,* *47. Phil. IV, 4.*

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙΣ

I DEVS habet suas horas et moras, secundum quas, ut omnia suo fiunt tempore, sic et nasci ab eius nutu pendet et ordine, *Eccles. III, 1, 2, 11, 15,* non autem fortuito fiunt, haec enim stultorum et improborum est uox, *Iob. X, 8, 11, 12, 18, Ps. XXII, 10, 11, Ier. I, 5, Sap. II, 1, seqq. Matth. X, 29.*

II Quae DEVS promitterit, illa seruat, *Num. XXIII, 19, Luc. I, 13, seqq. coll. u. 57.* Idecirco nemo de eius promissionibus dubiter, sed credat, certissime ea euentura esse, *Hab. II, 3, Rom. IV, 19, 20, 2 Cor. I, 20, 2 Petr. III, 9, 13, 1 Iob. II, 25.*

III Noli errare, despiens, ac si liberorum procreatio ab hominum pendeat arbitrio vel viribus. DEI esse dona ac beneficia, scias, *Pf. CXXVII, 3, conf. Gen. XVII, 16, 21, coll. Rom. IV, 19, Gen. XXX, 1, 2, 1 Sam. I, 5, seqq. Luc. I, 7, cert.*

IV Perquam ingens est thesaurus, si quis necessarios, uicinos, *Prou. XXVII, 10, et amicos nactus fuerit sinceros, qui ut gaudentibus nobiscum gaudent, sic etiam moerentibus nobiscum ac lugentibus moerentur et lugent, Iob. II, 11, 12, Vid. ad u. 6 et 7 Euang. Domin. III post Trinit. προσοικ. III.*

V Quamuis DEVS erga omnes suas creaturas misericordiam suam testetur, *Pf. CXLV, 8, 9, in primis tamen ea ergapios est paterna, Pf. CIII, 13, atque erga parturientes, a qua auxilium unice penderit, Pf. XXII, 10, 11, Ier. XIV, 8.* Ad hanc ergo misericordiam in afflictionibus confugiant, *Ies. LIV, 7, 10.*

VI Verum gaudium ueri amoris est effectus. Is enim, inuidiam nesciens, non sua, sed quae proximi sunt, quaerit, *1 Cor. XIII, 4, 5, atque inde gaudium exortitur.* Vbi uero nullus amor, ibi nullum gaudium de proximi felicitate.

VERVS 59—61

59 Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ὁγδῷ ἡμέρᾳ ἡλιοῦ περιτεμεῖν τὸ παιδίον καὶ ἐπέλουν ἀντό, ἐπὶ τῷ διάμετρῳ τοῦ παιτρὸς ἀντό,
60 Ζαχαρίαν. Καὶ ἀποριθέσας ἡ μήτηρ
61 ἀντέ ἀπεν. Ουχί· αλλὰ πληθύεσσαι
Ιωάννης· Καὶ ἀπὸ πός ἀντύν. Οτι
οὐδεὶς ἔσιν ἐν τῷ συγγενεῖ σου, ὃς
καλεῖται τῷ σύνομῳ τούτῳ.

Et factum est in octavo die, uenerunt circumcidere puerum, et vocarunt eum, iuxta nomen patris eius, Zachariam. Sed respondens mater eius dixit. Minime. sed vocabitur Ioannes. At dixerunt ad ipsam. Nemo certe est in cognatione tua, qui compellatur nomine hoc.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Καὶ ἐγένετο—Ζαχαρίαν. Et, deinde, uid. Vindic. N. T. ab Ebraism. p. 162, sa-
chum est in octava die, iuxta foedus diuinum, quod DEVS pepigerat eum
Abrahāmo eiusque posteris, Gen. XVII, 10, seqq. Lenit, XII, 3, ueniebant illi,
quibus circumcisio actus erat commissus, circumcidere puerulum, uid. que-
re of circumcision dicta sunt ad Euangelium in Festo Circumcisionis, a Num.
I., VII, et vocarunt eum, more iudeorum consueto, uid. quae ad uerba, καὶ
ἐκληθῆ τὸ ὄνομα, Euangelii in Festo Circumcis. sunt dicta secundum nomen
patris eius, procul dubio, tum bonas scaevae causa, quoniam parentis erat vir
speciales probitatis ac probatae pietatis, Luc. I, 6, tum, ut nomen parentis
in filio conseruaretur, tum denique, ut patris uices supplerent, quoniam
iste, cui nominis comprimis impositione competebat, nomen, quale esse debeat,
neque eloqui poterat, quoniam murus erat, Luc. I, 20, 22, neque literis id
significauerat. Vocabant igitur nomen eius Zachariam, quod nomen memoria-
riam DEI denotat, ex uocibus scilicet יְהוָה Deus et זָכָרִיָּה memoria compositum, prout hoc nomen apparet, Zachar. I, 1. Factum est uerbum Domini
לֵב־צָקִירָה ad Zachariam.

Καὶ αποριθέσας ἡ μήτηρ — πληθύεσσαι Ιωάννην. Sed, cum audiret nomen, er, contra uoluntatem DEI id esse, Luc. I, 13, intelligerer mater eius Elīsabēta, quae a Zacharia, marito, procul dubio, de his, quae accide-
rant ei, Luc. I, 11, seqq. instituta erat per literas, ut hoc ex Luc. I, 63, col-
ligimus, respondens, exemplo, et voluntatem diuinam manifestans, dixit.
Minime appellari debet Zacharias, sed vocabitur Ioannes, quod nomen Ebraic-
cum gratiam DEI denotat, uid. quae ad u. 2 Euang. Domin. III Aduent.
notauimus. Licitum enim erat matribus, ut filiis suis imponerent nomina. Sic
Lea sex suis filiis, et uni filiae, quos Iacobus ex ea suscepérat, itemque duobus
filiis, quos ex Silpa, Leae ancilla, suscepérat, imponebat nomina, Gen. XXIX,

32, seqq.

32, seqq. XXX, 11, 13, 21, sic *Rachel* filium suum compellabat *Iosephum*, et ancillae suae *Bilhae* filii dabat nomina, Gen. XXX, 6, 8, 22, 24. Sic uxor *Manoah* uocabat filium ex se natum *Simson*, Iud. XIII, 24, et *Hanna* nuncupabat filium suum *Samuel*, 1 Sam. I, 20, cetera. Idecirco putabant, qui circumcisio-
nis astum celebrare erant iussi, matrem propriam auctoritate hoc nomen im-
ponere filio, ignari, quod iussu diuini *Ioannis* insigniendus sit nomine, et quod
hoc nomen omen habeat, quia *Ioannes* gratiam DEI et regnum gratiae
annunciatorus esset gratiae praeco, reponebant ei,

Kοι εἶπον πρὸς αὐτὸν -- ὅς καλεσθα τῷ ἀνόμῳ τούτῳ. et dicebant,
bono animo, ut disponerent eam ad sententiam mutandam, ad ipsum Elisa-
betam. Nemo certe, uid. de hoc uoculae ὅτι significatu *Vindiciae*, p. 171, est in
cognitione tua, quantum nos scimus, qui vocetur hoc *Ioannis* nomine, quam
ob causam igitur id praecoptas et praefers nomini *Zachariae*, quo tamen
ipse macitus tuus compellatur, insimulque indicatur, Dominum oppro-
brii tui, quae sterilis fuisti, recordatum fuilla, idque hoc filio abs te abstulisse,
adeo ut nomen hoc in sempiternam gratiae et misericordiae diuinam me-
moriam esse possit.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Pii sacramentum Baptismi a DEO institutum non contemnunt, neque
prorogant temere, sed curam habent, ut infantes in tempore eodem
initientur, et foederis cum DEO participes, atque salutis aeternae ha-
redes, fiant, Marc. XVI, 16, Io. III, 5, Col. II, 11, 12, Tit. III, 5, 1 Petr. III,
21. Qua reliqua momenta, hac spesstantia, uid. προτοι. I-IV ad Euangel.
in Fesso Circumcisif.

II Nomina cum imponamus in Baptismo, ut olim in Circumcisione, infan-
tibus nostris, eo allaboremus, ut ipsis humana, non bestiarum, christiana,
non gentilia, pietatis et aedificationis plena, non profana et sterilia demus
nomina, prout Santos et Christianos decet.

III Hominum saepe intentio bona DEI aduersatur voluntati. Hinc illa
sempre ad examen reuocanda est, utrum cum diuina etiam voluntate
conueniat, ne θεόμαχοι reperiamur, aut in haereses incidamus. Vid. b.
NEVMANNI *Dissert. de bona intentione plororumque omnium Sectariorum asylo.*

IV Foeminarum sententiae non semper sunt reiiciendae, nec consilium
ipsarum despiciendum, postquam et illae sapientia ac scientia excellunt,
Gen. XXI, 12, 1 Sam. XXV, 18, seqq. 2 Sam. XX, 16, seqq. Matth. XXVII, 19,
Luc. X, 42.

V Ut DEI uoluntas in omnibus rebus est anteferenda, *A&E. V.*, 29, eique obsequendum est, *1 Sam. XV*, 22, 23, sic iis, qui ei sunt contrarii, et contra eandem, sibi ignotam, loquuntur, aperte est contradicendum.

VI Optandum quidem esset, ut omnes, qui uel *Ioannis* nomine vocantur, uel sacro perfunguntur munere, ueri essent *Ioannes*, et nomen et omen haberent, sed de plerisque, proh dolor! vox Christi ait, *Non sunt. Apoc. II*, 9, *III*, 1. O si redirent in gratiam cum DEO, quod *Ioannis* nomen suaderet, et ueri fierent Christiani, veri fierent operarii DEI, *1 Tim. IV*, 12, 16, *2 Tim. II*, 15, *Tit. II*, 7, 8.

VII Veterum consuetudines, quando uoluntati DEI non sunt aduersae, ferri et obseruari possunt, sin contrariae, abrogandae sunt, uid. προσοικ V.

IIX Cum creditum, et in primis doctorum, fidem imitari debeamus, *Hebr. XIII*, 7, laudabile omnino est, quando infantibus piorum impununtur nomina, quibus cum ipsis de piorum imitatione, tum ii, qui eos hoc nomine compellarunt, admonentur.

IX Hominum cogitationes cum non sint DEI cogitationes *Ies. LV*, 8, 9, saepenumero hae nobis sunt ignoratae, et, cum innotuerint, mirae et inexpectatae nobis uidentur, *Gen. XVII*, 17, *Luc. I*, 18, 34, *A&E. IX*, 11, seqq.

V E R S V S 62—64

62 Ενένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, τὸ τί ἀν-

63 Θέλοι καλέσθαι αὐτόν. Καὶ ἐγήσας

πινακίδιον ἔγραψε, λέγων. Ιωάννης ἐσ-

τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Καὶ ἐθάμβασαν πάν-

τες. Ανεώχθη δὲ τὸ σόμα αὐτοῦ πα-

ραχῆμα, καὶ οὐ γέλασσα αὐτοῦ, καὶ

ἰλατέοις ἐνοργάνη τὸν Θεόν.

Innuiebant autem patricius, quomodo sci-
licet uellet, vocari eum. Et postu-
lans tabellam scripsit, dicens. Io-
hannes est nomen eius. Et demi-
rati sunt omnes. Apertum autem
est os eius confestim, et lingua eius,
et loquebatur laudans DEVm.

E Ζ Η Γ Η Σ Ι Σ

Ενένευον δὲ -- καλέσθαι αὐτόν. Innuiebant autem ii, qui nomen *Zacha-*
rie nomini *Ioannis* praeoprabant, cum diuinarent facile, matrem non
mutaturam esse sententiam, *patri*, utrum forte in suas partes perirahere
possent

possent eum, quoniam tunc omnino *Elisabeta*, quando maritus dixisset sententiam, cedere cogeretur, aut si confirmaret maritae effatum maritus, ut rationem haberent, car *Iohannes*, non uero *Zacharias*, vocatus fuisset, praeter omnem expectationem; quare signum ei dabant, innuentes, ut mentem suam exponeret in hac re vel gestibus, vel alio modo, *iuxta quodnam nomen*, (duplex enim est ellipsis in hac phras, scilicet κατὰ et ὥρα, aut si malis ellipses declinare, τὸ τι uertas quomodo, ea enim sensa cum apud profanos, tam *Luc. XIX, 48*, occurrit.) uel quomodo scilicet uellet, cum vocari, utrum *Zacharias*, an *Iohannus*, nomen ei imponendum? Ceterum coniiciunt nonnulli ex his circumstantiis, *Zachariam* non tantam mutum, sed et surdum, fuisse. Verum, licet id plerisque in iis obserueretur uitium, qui ab utero matris sunt muti, tamen hoc non de *Zacharia* dici potest, in primis cum *Angelus* tantum ei dixerit, σιωπήσεις, quod nunquam surditatis uitium infert. Deinde non sequitur, quia innuebant ei, ergo surdi sunt, siquidem haec significandi ratio in iis quoque locum habet, qui surdi non sunt, ut quotidiana nos docet experientia. Habuerunt forte rationem, car per gestus explorare malleant *Zachariae* mentem, quam per uerba, sive interrogando. Sed quaeunque res sit, bene *Zacharias* ipsorum intelligebat mentem, quare, ut literis declararet, quae sentiret, tabellulam postulat. Haec enim sunt uerba *S. Lucae*.

Kαὶ αἱρήσας πτωχίδιον -- καὶ ἐθάμψας πάντες. Quare, ad instantiam amicorum, postulans, *Zacharias*, signo quodam dato, tabellam ex cera factam, qua ueteres in scribendo uti solebant, (idecirco **TERTULLIANVS** in lib. de idolatria, πτωχίδιον per ceram reddidit, scribens, At enim *Zacharias* temporali uocis oratione mulctatus, cum animo colluctus, lingam irritam transit, manibus suis a corde dictat, et nomen filii sine ore pronunciat, loquitur in styllo, auditur in cera manus, omni sono clarior, litera omni ore vocalior,) scriptis in tabella, dicens definitius, et sententiam maritae confirmans, *Iohannes* est nomen eius, quasi diceret, non consultatione, neque disputatione, hic opus est, iam definitum est nomen, *Iohannes* est nomen eius, hoc enim praecogniti gratiae conueniebat, quodque *Angelus*, antequam conciperetur, iam definituerat, *Luc. I, 13*, et, quare, mirati sunt de hac sententia omnes, qui praesentes erant, quod tale nomen imponeret filiolu, quali in tota cognatione insignitus sit nemo. Praeterea disputant hic eruditri de uoce λέγων, utrum ad scritptionem, cum **RICHARDO SIMONIO** sit referenda, an ad locuelam *Zachariae*, quod, dum scripsit haec uerba, *Iohannis* est nomen eius, ea quoque simul pronunciasse ipsa lingua, quae per nouem menses fuerat ligata. Mihi quidem non uidetur, spiritum S. vocem λέγων hic otiose uoci
γεγαψ

Ἐγράψε, quod nullibi fecit, iunxisse, sed potius eodem significare voluisse, quod simul, cum scripscrit sententiam suam, eam quoque pronunciauerit, nec obstat uersus sequens, quo edoceatur, *Zachariae*, postquam uerba, *Iohannes est nomen eius*, uera fide enunciat, totam perfecte loquendi facultatem restitutam fuisse. Quid igitur incredulitate amiserat *Zacharias*, *Luc. I, 20*, id fides ipsi restituit.

Aνεώχθη δὲ τὸ σόμα αὐτοῦ -- ἐνλαγῶν τὸν Θεόν. Apertum autem, uel enim, est, quo sensu legitur uocula δὲ, *z Cor. IV, 13; 1 Tim. III, 5*, or eius, loquela officina, quod hactenus, ne sonum pronunciareret distinctum per nouem menses oculos erat ob incredulitatem, confessim, eo ipso momento, quo fidei uocem, *Iohannes est nomen eius*, scribebat, ut et lingua eius, iisdem per nouem menses ligata, aperta, sive soluta est, quo syllabas ac uoces formare possit. Hac igitur ratione loquebatur, et loqui poterat, ut antea, *laudans, celebrans, DEVM*, pro tot tantisque beneficiis in se collatis, quod non tantum sibi filium donauerit, et quidem talem, qui praecursor Messiae, et primus inter homines praeco publicus Euangelii in N.T. esset. Atque hac occasione, haue dubie enarravit, quae sibi in templo accidissent, et quae de hoc puer Angelus nunciasset. Cum uero denique interpretes nonnulli de structura huius uersus dubium mouerint, id b. WOLFFII uerbis, quam nostris, recensere et remouere malum, in *Cur. Phil. ad h. l.* scribentris, Iungitur hic uerbum ἀνεώχθη ἐτ ὁρι ἡ linguae, quod adeo καταχρησιῶς fieri, cum proprie os aperiri dici possit, uijum est nonnullis, ut de poetica licentia hic cogitarent. Alii uero ad uocem γλῶσσα subaudiendum putarunt uerbum ἐλάθη, aliique denique cum editione Complutensi ad eandem uocem adiicunt διηθρώθη, quod et in duobus Codicibus MSS. extat. Cum uero bini illi Codices tot alitis praeferriri temere nequeant, et lectio haec interpretationum nimis oleat, ellipsis quoque uocis ἐλάθη insolentior sit. Elsnerus de mutanda uerborum interpunctione cogitauit, p. 178, ita quidem, ut sublatro puncto, uoces ἡ γλῶσσα αὐτοῦ indumento nexu iungantur sequentibus, ταῦ ἐλάθει, eo sensu, et lingua eius etiam loquebarur laudans DEVM. Itaque τὸ καὶ posterius per etiam uerti debet, quod alias, ubi in eadem phraſi τὸ καὶ repetitur, fieri necesse est, ut *Luc. VI, 3*, et *Phil. IV, 3*, ne de profanis scriptoribus dicam. Quare exempla ab Elsnero allata ut recte se habent, ita non puto cum nostro hoc loco comparari posse, quod ea secum inuicem conseruenti patebit. Itaque nihil hic uel in interpunctione, contra cuius mutationem Elsnerianam recte hic disputat Cl. Starckius, in *Nor. select.* ad loca dubia N. T. p. 86, uel in sensu uoculae καὶ mutandum putem. Neque enim insolens est optimis quibusque scriptoribus uerbum unum duobus nominibus iungi, quorum

quorum tamen alteri tantum proprietate competit. Ita Homerus ait, στον καὶ
διανέστερον. Similem Ariani locum de Expedit. Alexandri, VII, 15, 5, ha-
bent apud Reu. Raphelium in Not. Polybianis, p. 175. Aperiri itaque et
os et lingua hic dicitur, illud quidem proprietate, hoc vero per nexum rei ipsius.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙΣ

- I Cum maritus sit caput maritae, Eph. V, 23, maritae consilia ac facta sunt
cum marito conferenda, quae, si cum diuina voluntate convenientia inue-
nientur maritus, approbare, si minus, corriger, et marita ei obsequi, deber,
Eph. V, 22, 25.
- II DEI voluntas amicorum voluntati est anterferenda, si uel maxime illi bo-
nam habeant intentionem, uid. ad uersus anteced. προσοικ. III.
- III O terque quaterque beati coniuges, qui, in voluntate DEI exsequen-
da, et in consiliis piis de liberorum cura capiendis, sunt μία ψυχή,
1 Sam. I, 22, 23, XV, 22.
- IV Expendant parentes in Zachariae exemplo utilitatem, quae a scribendi
notitia redundat in homines, atque curam habeant, ut liberi in literis tum
addiscendis, tum pingendis, instituantur.
- V Quae DEVIS uult, libere, sine tergiuersatione, sunt profitenda coram,
ac sine mora exequenda.
- VI Quae incredulitas occluferat, Luc. I, 20, ea fides recludit, Luc. I, 63. Incre-
dulitatem ergo fugiamus, in fide autem stenus, et crescamus, 1 Cor. XVI, 13,
Hebr. XI, 1.
- VII Incredulitatis poenam fides in castigationem paternam mutat, ob
eamque haec opportuno tempore a DEO auferuntur, Ps. CXIX, 18; Ies.
LIV, 8; Ier. XXX, 11; Hebr. XII, 5, seqq. Iac. I, 12.
- IX Agnosce, quod a DEO res tuae, sive aduersae fuerint, sive secundae,
pendant omnes, ille enim uniuersitatem et occidit, Deut. XXXII, 39, 1 Sam. II,
6, ille vulnera infligit et sanat, Deut. XXXII, 39, Hof. VI, 1, 2, ille immittit
calamitatem, et aufert, Ier. XXX, 17, XXXI, 13, XXXII, 42. Ad DEVUM
ergo configrias calamitatis tempore, Ps. L, 15, Ier. XIII, L, 8, XXIX,
11, seqq.
- IX Dicite, exemplo Zachariae, quod uos, quando ex calamitatibus eripi-
mini, primitias laudis et gratiarum actionis DEO offerre pro auxilio de-
beatis, Ps. CIII, 1, seqq. CVII, 1, 2, CXXXIX, 1, 2, Hebr. XIII, 15.

- X En discrimen inter pios et impios, illorum ex ore landes et gratiarum actiones procedunt, iuxta προσομ. anteced. ex improborum vero ore procedant maledicta, vaniloqua, Ps. X, 3, seqq. Iac. III, 6, seqq. Caeamus ergo, ne in improborum ordine inueniamur.
- XI Quo quis membro peccat, eodem puniri, ex exemplo discimus Zacheriae, qui ore et lingua incredulitatem professus erat, is iisdem puniebatur, Luc. I, 18, seqq. nunc vero resipiscienti ac credenti utriusque ulus restituitur, conf. προσομ. VI.

VERVS 65 — 67

65 Καὶ ἐγένετο ἐπὶ πάντας φόβος τῶν περιοικῶντας ἀντούς· Καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ὄρει τῆς Ιουδαίας διελαλεῖτο πάντα τὰ ρήματα ταῦτα. Καὶ ἐθερτοὶ πάντες οἱ ἀνούσαντες ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, λέγοντες· Τί ἀστο τὸ πανδίον τούτο ἔσαι; Καὶ χέρι Κυρίου ἦν μετ' ἀντού. 67 Καὶ Ζαχαρίας ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπλήθυν Πινεύματος ἀγλῶν, καὶ προφήτευσε λέγων.

Et factus est super omnes metus, qui circumhababant eos. Et in tota montana regione Iudeae euulgabantur omnia verba haec. Et ponabant omnes audientes in corde ipsorum, dicentes. Quisnam puerulus iste erit? Et manus Domini erat cum ipso. Et Zacharias pater eius impleatus fuit Spiritu Sancto, et prophetauit, dicens.

ΒΕΝΓΗΣΙΣ

Kαὶ ἐγένετο ἡ τὰ ρήματα ταῦτα. Et, unde, factus est, i. e. cecidit, ut Luc. IV, 36, Act. V, 5, 11, propter omnia, quae contigerunt, mirabilia, u. g. quod Angelus Zacheriae apparuisse, et noua atque inaudita ei reuelasset, Luc. I, 13, seqq. quod idem incredulus obmutuisse, u. 20, et tandem eo ipso momento, quo hominem Iohannis, fidei πληροφορία adductus, in tabella scripsisset, facultatem loquendi de integro natus fuisset, u. 63. timor, i. e. facer quidam horror, ut Luc. V, 26, VII, 16, II, 37, Act. II, 43, V, 5, 11, cet. super omnes, non tantum, qui praesentes fuerant, et haec omnia oculis suis uiderant, atque ipsis auribus audiuerant, sed etiam, qui circumhababant eos, i. e. uicinos, qui ex relatione acceperant, et pro diuinis haec habebant contingentia, secum pia mente ruminantes. Nec in uicinia duntaxat Hebronis rumor subsistebat, sed extra ciuitatis uiciniam quaque percerebuit, imo in uniuersa montana, scilicet χώρᾳ, uel γῇ, regione, Iudeae, longe lateque diuulgabantur, siue, enarrabantur, omnia verba haec, quae scilicet Zacharias eloquens erat, aut, si malis, omnes res, quae esciderant eo tempore, quo Angelus apparuerat, et quo circumclusus fuit puerulus, Conf. Vindiciae N. T. ab Ebraism. p. 275, seqq.

seqq. Atque ex harum rerum euulgatione intelligimus prouidentiam diuinam, qua cauit, ne posthaec Iohannis nativitas demiranda in obliuionem ueniret, vel prorsus negaretur, contra uero effecit, ut paulo altius partim iudaei res gestas, et quenaam de puer spes sit futura, expenderent secum, quemadmodum quoque ex uersu sequente hoc apparet, partim uero euentum huius rei attento animo expectant, iunioribusque attendendum iniungerent, nec non ad nativitatem Christi, mox insecuram, praepararentur, sive, ut THEOPHILACTVS, in h. l. scripsit, Fausta autem haec sunt omnia singulari quadam dispensatione, ut, qui de Christo prophetaturus erat, fide dignus haberetur, et omnes ex ipsa nativitate Iohannis certiores redederentur, quod multis maior esset.

Kαὶ ἐστὸν μάντες -- ἢν μετ' αὐτῷ. Omnes autem seniores ac iuniores, superiores et inferiores, uiri ac foeminae, docti atque indocti, qui audierunt de his rebus, quae conrigerant, posuerunt, tum uerba, tum facta, instar depositi, 2 Tim. I, 14, in corde suo, quod est hominis thesaurus, ex quo profert, pro cordis condizione, mala uel bona, si malum cor fuerit, aut mala in corde fuerint deposita, mala, si bonum fuerit, aut bona fuerint deponita, bona profert, Gen. VIII, 21, Matth. XII, 35, XV, 19, Luc. VI, 45, VIII, 15. Bonum ergo cum fuerit, quod deponebant in corde suo, bona quoque protulisse eos, necesse est. Nam, postquam hoc modo concluserunt, cum huius Iohannis nativitas adeo mirabilis fuit, isque magnum in uirum ac sanctum euadet, sicut Angelus praedixit, Luc. I, 13. seqq. 6, porro, iste in uirtute Eliae, Luc. I, 17, ante Dominum proceder, is omnino erit praecursor Domini et Elias promissus, Ies. XL, 3, Mal. IV, 5, si uero ille est Elias ac praecursor Domini, omnino aduentus Domini, sive Messiae, est propinquus, Ies. LX, 12, si propinquus est Messiae aduentus, in fide ille expectandus, et animo pio acceptandus est, sicut de altero aduentu Dominus posthaec enunciavit, Matth. XXV, 1, seqq. Atque hac ratione, ui huius depositi, in dies meditati sunt hanc rem, Ps. I, 2, ac modo de aduentu Messiae, modo de uaticiniis Prophetarum locuti sunt, in ea nunc inquirentes, modo de diuinatione Angeli, Luc. I, 13, seqq., modo de incredulitate prioris, Luc. I, 20, atque πᾶντος fiduci posterioris, Zachariae, eiusque uaticinio, Luc. I, 63, 64, 68, seqq. modo de infante, eiusque futuro munere, collocuti sunt, ut h. l. dicentes inuicem. Quisnam puerulus hic erit futurus. Quae uerba non tam dobitationem, quam ulteriorem disquisitionem de hec puer, eiusque munere futuro, iuxta Prophetarum uaticinia institutam, indicare uidentur. Vnde factum quoque posthac, ut omnis populus Iudeicus ad eum, munere nunc perfungentem, accederet, de eius persona

persona ac munere cerrus, *Matt. III, 1, seqq.* In primis cum ab eius infancia usque ad virilem aetatem obseruassent, quod, ut *S. Lucas* testatur, *manus Domini*, quae per *diθωπωπάθειαν* DEO tributa, potentiam, prouidentiam, ac gratiam peculiarem denotat, erat *cum ipso*, i. e. DEI prouidentia, gracia, auxilium, et clementia ab infancia eum ducebant, protegebant, prospiciebant, ac dirigebant, ut omni virtute spirituali succresceret, atque in sanctum virum euaderet. Reste enim obseruauit *ορθότης*, quod haec locutio, *χεὶς Κυρίου ἦν μετ' ἀντροῦ*, non notet donum Prophetiae, ut non nulli uolunt, siquidem, si hoc locutio exprimeret, *χεὶς Κυρίου ἦν ἐπ' ἀντρῷ*, scribendum fuisse, inquiens, quoties afflatus Prophetiae describitur, dici solet, *χεὶς Κυρίου ἦν ἐπ' ἀντρῷ, non μετ' ἀντροῦ*, ut *Ez. I, 3, cap. III, 22, XXXVII, 1, XL, 1*. Quare hoc, quod hic habemus, loquendi genere, non *προφητεία*, sed singulare DEI auxilium, indicatur. Sic et *Sam. XIV, 19, Mη* *χεὶς λαβὼθ εἰς πατὴν τούτῳ μετὰ σοῦ; γῆν non γίγνεται*, i. e. an tibi adiutor fuit? Conf. denique de usu uocis Graecae *χεὶς*, *Vindiciae N. T. ab Ebraism. p. 280, seq.*

Kaj *Zacharias* ... καὶ προφήτευσε, λέγων. *Zacharias autem πληροφορία πίστεως* nunc instruktus, pater eius, Iohannis, quae ideo addita uidetur, ne alias quidam *Zacharius*, extiisse, prophetans pararetur, *impletus fuit*, non qua dona sanctificantis aut ministrantia, sed modo extraordinario ac Prophetarum more, qua dona prophetantia, *Spiritu S* prout hoc ex insequenti uaticinio, et ex uoce addita προφήτευσε, pater. Prophetauit autem *Zacharius* non tantum de filii sui mane propheticō futuro, et de Messia breui nascituro, sed etiam V. T. prophetias atque promissiones diuinās iam impleri indigitavit, id. uersus sequentes. Praeterea obseruerit, quod donum Prophetiacum tempore Malachiae, ultra quadrigenitos annos, cessauerat, atque inde eo maior erat Φόβος iste, siue horror saecularis, qui incesserat homines, de quo paulo ante ad uersum anteced. diximus, quo rarius hoc erat donum, et quo certiores inde fierent, tempora nunc illa noui foederis, de quibus uaticinati erant Prophetae, *Ier. XXXI, 32, col. Hebr. X, 16, ad simile, eumque nascitorum, quem anxie maiores expectabant, Gen. XLIX, 18, Ps. XIV, 7, LIII, 7, in primis cum postea plures existarent Prophetae ac Prophetiae, *Luc. II, 25, seqq. 36, seqq. VII, 28*, ex quibus, Messiam natum esse, percipiebant.*

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Quando Verbum, uel facta, DEI faciem quendam horrorem cordibus nostris incutiant, *Gen. XXIX, 16, 17, Luc. II, 9, 28, II, 43, III, 10, V, 5, 12, tunce non*

non excutere eum, *Act. XXIV*, 25, sed corda nostra excitare, atque eo diligenter inquirere et altius expendere debemus, *Luc. I*, 66, *II*, 15, *Act. XVI*, 29, *seqq.*

II DEI opera non occultari, sed euulgari, debent, ut partim alii existentur ad fidem, alii vero in fide confirmenrur, partim vero DEVS glorificetur, *Luc. II*, 17, 20, *Io. XX*, 34, *Act. IIX*, 14, *seqq.* *XI*, 4, *seqq.* 18.

III Tene, quod DEI prouidentia sit factum, ut gratae tempora, tum ante Christi aduentum, *Ies. LXII*, 11, *Luc. I*, 76, *seqq.* tum in ipso eius aduentu, *Luc. II*, 16, *seqq.* 17, *seqq.* tum post Christi aduentum, innumeris uicibus annunciatam fuerint omnibus Iudeis, *Luc. II*, 29, *seqq.* 38, *Io. I*, 29, *Act. II*, 14, *seqq.* *III*, 6, 11, *seqq.* *IV*, 8, *seqq.* *V*, 20, *seqq.* *Act. XIII*, 46, cetera, adeo, ut sine ανατολήσηται.

IV Verbum DEI non auribus tantum audire, sed auditum in corde, instar thesauri, reponere debemus, *Luc. II*, 19, 51, *IIX*, 13, *seqq.* *Iac. I*, 22, ut inde fructus enscentur, quibus DEVS glorificetur, et fides nostra coram ostendatur, *Matth. V*, 16, *Luc. IIX*, 15.

V Felices quidem sunt parentes, quorum filii in tenera iamiam aetate bene audiunt, eosque demirantur homines, et optimae spei liberos esse depraedant, caueant tamen sibi, ne bona hac existimatione superbiant, sed precibus potius DEO commendent, ut manus eius sit cum ipsis, h. e. ut DEI Spiritu ducantur et agitantur, *Rom. IIX*, 14, eiusque gratia conserventur ac protegantur.

VI De multis audita vox est in iuuentute, quis et quantus hic evadet vir? qui tamen homines facti sunt nauci. Sed quid in causa fuit? *Manus Domini non fuit cum ipsis*. Alii enim, ea posthabita, ad hominum consilia et auxilia confogerunt, alii vero, ut secum sit, non invocarunt DEVUM, ali denique superbientes sibi tribuerunt id, quod DEO tribendum erat, eoque ipso DEVUM impulerunt, ut manum suam retraheret. Conf. *περὶ τοῦ προτεταγμένου*.

VII Disce, quod uaticinia non ab homine, sed a Spiritu S. habeant originem, 2 *Petr. I*, 21. Hinc, quod Prophetae scripsierunt, non Propterarum, sed Spiritus S. est verbum, 2 *Sam. XXIII*, 2, *Matth. X*, 19, 20, *Luc. II*, 25, *seqq.* *Act. II*, 4, 2 *Tim. III*, 16, 2 *Petr. I*, 21.

LIX Cum sine Spiritu S. ne quidem recte orare sciamus, Rom. IIX, 26,
multo minus poterit aliquis uaticinari sine eius afflato. Quotquā igitur
homines uaticinati sunt, a Spiritu S. illi agitati censendi sunt. Vid,
προσοντικόν, anteced.

Επειδή τοῦτον τὸν λόγον ἀπέδωσεν ὁ πατέρας τοῦ Ιησοῦ *τοῦτον τὸν λόγον ἀπέδωσεν ὁ πατέρας τοῦ Ιησοῦ* *τοῦτον τὸν λόγον ἀπέδωσεν ὁ πατέρας τοῦ Ιησοῦ*

68 Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ισραὴλ, Laudatus Dominus Deus Israels,
ὅτι ἐπεκέφατο καὶ ἐπονεῖ λύτρων. quia uisitans, et fecit redemptio-
69 σὺ τῷ λαῷ αὐτοῦ· Καὶ ἤγειρε κέρας nem populo suo. Et erexit cornu
σωτηρίας σου· εἰν τῷ σκυρῷ Δαβὶδ τοῦ salutis nobis, in domo Dauidis
πατέρος αὐτοῦ. filii sui.

ΕΣΗΓΗΣΙC

Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς -- τῷ λαῷ αὐτοῦ. Laudatus, scilicet *εἰς*, scilicet *Dominus*, non tantum ob maiestatem, cui honos tribuendus est, laus et gloria, Ps. XIX, 1, *seqq.* et ob ingentia beneficia, quae contulit in genus humanum, qualia sunt creationis, conservationis, regenerationis, iustificationis, sanctificationis, cert. opera, sed potissimum ob redemptionis opus, quod mox idem Dominus, Filius DEI, iam incarnatus, Luc. I, 42, Io. I, 43, Gal. IV, 4, 1 Tim. III, 16, perfecturus erat. Volunt quidem nonnulli per Kupior, h. l. intelligere Patrem Domini nostri Iesu Christi, et quamvis eum, ab opere redemptionis non excludamus, cum tres SS. Trinitatis personae ad illud, quoniam opus est ad extra, concurrunt, tamen, h. l. ipsum Filium DEI, ut infra, u. 76, intelligendum esse, probamus, tum ex locutione ἐπεκέφατο, quea proprie in opere incarnationis DEO Filio competit, ut infra, u. 78, conferatur locutio fere similis, Io. I, 17, tum ex phrasi ποιῶν λύτρων, quea itidem solius Filii DEI est, Gal. IV, 5, tum denique ex nostro contextu, qui de Messia Domino et Iohanne ministro agit, nec obstat dictio, *Deus Israels*, quoniam haec etiam DEO Filio conuenit, qui ut populum Israels ex Aegypto eduxit terrestri, eumque a captiuitate liberauit, et in pecuniam sibi elegerat, Io. I, 12, coll. Ezech. XIX, 4, sic deinceps ab internali etiam liberavit et redemit, Hos. XIII, 14, conf. Hebr. II, 14, 15. De hoc igitur Filio DEI, Domino et DEO Israels, dicitur, quod ἐπεκέφατο, uisitans scil. λαὸν populum suum, gratiosè, cum caro iam factus in utero Mariæ virginis, mox nasciturus inter populum deinceps habitaturus, Io. I, 14, atque salutem aeternam eductor, Io. I, 16, *seqq.* ac postremo redemturas esset in ara crucis sanguine suo, 1 Petr. I, 18, 19. *Et enim ποιῶν λύτρωσιν*

λύτρων idem, ac redimere, uid. *Vindio*. p. 331, et sumitur, h. l. λύτρων populo Israelis facta; non exclusive, sed ratione ordinis et prioritatis, *Aet. XIII*, 46, *Luc. II*, 30, seqq. Deinde notetur, quod haec λύτρων sit facta, iusto DEO Patri λύτρο persoluto, ut recte obseruauit *BEZA*, ad h. l. scribens. Hoc obseruandum est, cum multae sint liberationis species, eam demum significari λυπόσος nomine, quae nec uis, ut olim contigit, cum Dominus populans eriperet Pharaonis, nec cum bona hostium gratia, ut cum populus Babylone reueteretur, sed iusto persoluto pretio, non ipsi satanae, a quo capituli tenebantur, sed ipsi DEO patri, persoluto, qui nos iusto suo indicio satanae, peccato morti, manciparat, impetratur. Ideo totus repetit *Apostolus*, nos sanguine Christi redemtor, ingenti uidelicet illo pretio, quod olim adumbrabatur uictimorum cruento, ut de redemptione nostra dubitare sit nefas. Denique obseruetur, quod *Zacharias* partim Prophetarum more locutus fuerit de futuris, tamquam praesentibus, vel praeteritis, uid. *Ies. VII*, 14, *IX*, 6, ad certitudinem redemtionis designandam, dum ἐρίγοντες λύτρων, scripsit, redemptio enim Christi uale terrorum et antrofusum, *Hebr. XIII*, 8, *Apoc. XIII*, 8, partim uero, dum ἐμαντεύοντες dixerunt, ad rei ueritatem, quae iam facta sit, indicandam, locutus est. Nam aī. miserat Λόγος iamiam in utero Mariae virginis humanam naturam, *Luc. I*, 42 post paucos menses nasciturus, *Luc. II*, 10, 12.

Kai ἦγε τὸν παῖδα αὐτοῦ. Et erexit Λόγος, dum humanam naturam assumferat iamiam, *Luc. I*, 42, (hinc non opus est, ut cum *PROCHENIO* in *Distr. de Stylo N. T.* §. 33. Enallagen statuanus Aoristi pro Future,) in utero Mariæ, quae ex posteris Danis erat, cornu salutis, i. e. salutiferum, per enallagen ablati pro Concreto, uid. *Vindiciae* p. 214. seqq. Intelligitur uero Messias, qui σωτήριος, vel σωτήριον, vocatur, quoniam ab ipso uno filius est humanum, *Aet. IV*, 12, quod etiam nomen Iesu indicat, *Mattb. I*, 21, cornu uero ob regiam eius gloriam, maiestatem, potentiam, ac summam robur, est enim יְהוָה Ies. IX, 6, prout pluribus uim uocis exposuit *HAMMONDVS*, ad h. l. inquiens, *Vox cornu diuersas obeinet significaciones in Scriptura. Primo significat potentiam et uires, quia cornua sunt arma animalium cornigerorum, nam uis eorum atque feriendi facultas proprie in iis sita esse dicitur. Vid. Lament. II, 3, 17; Ier. XLIX, 25; Mich. IV, 13; Ez. XXIX, 21; Sic et Ps. LXXV, 12.* Cornua malii et iusti sunt eorum potentia. Secundo significat honorem et gloriam, ut cum cornu aliquius exaltatum dicitur, Ps. LXXV, 4, LXXXIX, 24, CXII, 9. Tertio, ex coniunctione duarum illarum notionum tercia exsurgit, Regiae nempti potestatis, ut *Zach. I*, 10, *Dan. VII*, 7, *Apoc. XIII*, 7, ubi quatuor, septem, et decem, cornua sunt, ut notum est, et totidem Reges. Atque haec uidetur hoc in loco esse uocis significatio, ubi agitur

tur de familia Regia, *Davidis nimirum, et seruatore, qua uoce Dux, vel Princeps, populi denotatur, Nebem IX, 27.* Itaque cornu salutis in domo Davidis designat regnum Messiae, regnum illud, quod solum non est huius mundi, vel Christum ipsum, quem Regem. Sic *Pf. XIIIX, 2,* inter titulos, qui DEO tribuantur, (quia liberauerat Davidem e manibus hostium suorum, ut hic celebratur, quia redemit nos ex manibus omnium, qui nos oderant, u. 71.) hoc habetur, cornu salutis meae, b. e. Rex meus et Seruator, atque hoc optime consentit cum altera periodi parte, ἡγεμόνη μέρι, excitauit nobis, haec enim locutio solet exhiberi, cum agitur de aliquo, quem DEVS ad Regium, aut Propheticum, exultit manus, (*Vid. Notae ad Act. XIII, 27.*) et praesertim quidem de Christo ad summam potestatem electo, ut *Act. II, 30.* Iurauerat Davidi DEVS, de fructu lumborum eius sessum aliquem super thronum eius. *Conf. Pf. XIIIX, 3, LXXXIX, 28, CXXXII, 17, CXLIIX, 14.* Idcirco dimittimus cum b. WOLFIO, in *Cur. Philol. ad h. l.* reliquarum opiniones, quas inter est Celeb. FRID. ADOLPHI LAMPI illa, qua per cornu splendorem intelligit, ita ut simil ad splendorem columnae nubis in V. T. respiciatur, deinde HOMBERGII, qui allusionem fieri existimat ad κέρας Απαλθείας, sive cornu copiae, tertio, 10. IENSII, qui ad altaria respici putat, quorum ansas, quae etiam cornua dicebantur, arripiabant miseri et supplices, quibus, ubi cornu apprehensum fuisset, omnino erat κέρας σωτηρίας, et denique quarto GROTHII, FVLLERI, aliorumque, qui regnum hic volunt Messiae intellectum. Sed ut priores tres confutauit b. WOLFIVS ipse, i. e. sic ultimam ideo non admittimus, quoniam contextus aperte docet, hic non de regno instaurando, sed de Rege suscitando, sermonem esse, conf. b. CALOVIVS in Bibl. III. ad h. l. et quidem in domo Davidis pueri eius, h. e. in familia, ex qua *Maria* erat, in cuius utero iam conceptum et erectum erat cornu istud saluum, sive Messias. Appellarur autem Davides puer, h. e. seruus, aut minister. uid. b. WOLFIVS laudatus de huius uocis significatu Graeco, ad *Matth. XII, p. 212.* et ad *Luc. VII, p. 631, seqq.*

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙΣ

I Cultus DEVUM laudandi et gratias persoluendi non tantum egregius etaequus est, quoniam nihil amplius pro tor tantisque beneficiis ei referre possumus, *Pf. CXVI, 12, CXLVII, 1, 1 Thess. III, 4;* sed etiam acceptus DEO est et demandatus, *Pf. L, 14, 23, Hebr. XIII, 15,* nec non de statu nostro fidei testatur, quoniam non, nisi credentes, DEVUM uere laudant et laudare possunt, *Pf. CXXXIIIX, 12, CXLV, 12, CXLIIX, 14, CXLIX, 1, seqq.* Quare tu idem fac, nec obliuiscere boni in te collati, *Pf. CHI, 12, CXLVI,*

CXLIV., 1, 2, et in primis, quod tue salutis causa Christus homo et frater tuus factus sit, *Ies. IX, 6, Matth. I, 21, Luc. II, 10, 11, Gal. IV, 4, 5, Hebr. II, 11, 14, 15.*

II Tandem promissiones divinae impletur, licet nobis protogatae uideantur, *Habac. II, 3, 2 Petr. III, 9.* In spe igitur et patientia eas expecta, et credere, quod etiam te, opportuno tempore, gratiore sit uisitatus et promissiones seruatur, *Hebr. X, 23, 35, seqq. XIII, 5.*

III Si tu in iis esse uis, quos DEVS uisitat, credere, et unus ex populo DEI esse, debes, *Iob. I, 12, XIV, 23.* Incredulos enim DEVS a facie sua reuicit, *Marc. XVI, 16, Iob. III, 18, Apoc. XXI, 8.* Crede ergo in Iesum, et saluus eris, *Iob. VI, 40, XX, 31, Act. IV, 12, XVI, 31.*

IV Nisi Iesus te redemisset, nemo te redemisset, nec redimere potuisset, *Psi. XLIX, 8, 9.* Hic igitur solus et unicus est tuus redemptor, hic solus est salutis tuae cornu, *Ies. XLIII, 11, Hof. XIII, 14, Act. IV, 12, ad quem confuge, Hebr. IV, 16, nos ad Papistarum sanctos, *Ier. XVII, 5,* qui iuuare non possunt, *Ies. LXIII, 16,* neque ad tuam iustitiam propriam, quae nulla est *Ies. LXIV, 6.**

V Nota bene pronomina, *nobis, nobis, nos, siuot, eet.* Ab his enim salus pendet tua, nisi enim Christus natus ac datus esset *nobis, Ies. IX, 6,* nisi *nobis* Salvator natus, *Luc. II, n,* nisi *nos* redemisset a maledictione, *Gal. III, 13, IV, 4, 5,* et *Theff. I, 10,* nisi *nos* salvasset, *2 Tim. I, 9,* neque tibi ac mihi natus et datus esset, neque te ac me redemisset. Bene ergo ei, qui dicere uera fide potest, Christus mihi est natus, Christus pro me se dedit, me redemit, mihi deposita est corona uitiae seculare, *1 Tim. I, 15, 16, 2 Tim. IV, 7, 8,* reliqua.

VI Redemptio Christi antrosum ualeat et retrorsum, *b. e. meritum Christi ualeat, antequam fuit, Act. XV, 11, Eph. I, 4, Hebr. XIII, 8, Apoc. XIII, 8.*

VII Ut Messias, secundum diuinam naturam ab aeterno est genitus, et uerus DEVS est, *1 Chron. XIII, 17, Psl. II, 7, Rom. IX, 5,* sic idem secundum humanam naturam ex posteris Dauidis descendit, et uerus homo est, *1 Jo. I, 14, Rom. I, 3, IX, 5, Gal. IV, 4, 1 Tim. III, 16.*

VERVS 70 — 75

70 Καθὼς ἐλάλησε διὰ σώματος τῶν
ἀγγέλων τῶν ἀπὸ αἰῶνος, προφῆτῶν ἀυτοῦ,
71 σωτηρίαν ἔξει ἔχθρον ἡμῶν· καὶ
ἐκ χερός πάντων τῶν μισουντῶν ἡμᾶς,
72 ποιῆσαι ἄλλος μετά τῶν πατέρων ἡμῶν,
καὶ μνησάντας διαθήκης ἀγίας αὐτοῦ,
73 ὥραν, ἵνα ἀμοσοῦ πρὸς Αἴρεσσαν τὸν
74 πατέρα ἡμῶν, τοῦ δούλου ἡμῶν, αἴθριον
ἔκ χερός τῶν ἔχθρῶν ἡμῶν μισθεύειν
75 ταῖς λατρευεῖσθαι, εἰς ὀστάτη τοῦ
δικαιοσύνης ἐνώπιον αὐτοῦ. πάσας τὰς
ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν.

Sicut locutus est per os sanctorum, eorum qui a seculo, Propheterum eius, salutem ex iniunctis nostris et ex manu omnium odio habentibus nos, facere iuxta misericordiam erga patres nostros, et recordari foderis sancti sui, iuxta iuramentum, quod fecerunt erga Abramum Patrem nostrum, dare nobis, impudice ex manu iniectorum nostrorum liberatos seruire ipsi, in sanctitate et iustitia coram ipso, omnes dies uitae nostrae,

Ε Η Γ Η Σ Ι Σ

Καθὼς ἐλάλησε προφῆτῶν αὐτοῦ. Sicut locutus est. Cum uox ἐλάλησε, cum infinitiis, ποιῆσαι, in u. 71, et μνησάντα, in u. 72, εὐχαέρεα, reliqui autem uersus inuicem connexi sunt cum uerbo 72, sex illi uersus omnis coniungendi erant, quorum connexio ut ex Versione intelligitur, si sensum eorum nunc scorsim expandamus. Denorat uero, h. l. uox ἐλάλησε promisit, ut uerbo 55, per os sanctorum, quo usus est organo, longior singularis plurali, quoniam omnibus Prophetis unum quasi os erat, et uno quasi ore, licet diuersis verbis, hanc salutiferam de Messia doctrinam, instinctu Spiritus S. inculcabant. Hic enim Spiritus Christi locutus est promissiones de salute generis humani per os Prophetarum sanctorum, 2 Sam. XXIII, 2, Matth. X, 18, 19, 2 Tim. III, 16, 2 Petr. I, 21, qui sancti, non ratione propriae, aut naturalis, sanctitatis, dicuntur, sed partim, quoniam Spiritus S. per eos loquebatur, eliusque erant officina, partim, quoniam de Sancto sanctorum, h. e. Messia, Dan. IX, 24, prophetabant, aliasque sanctas doctrinas promulgabant, et partim denique, quoniam ipsi in fide stantes sancte uiebant, aliosque ad uitae sanctitatem ducebant. Intelliguntur uero per sanctos illos Prophetas non recentiores tantum, quales sunt Iesaias, Ieremias, ceteri, sed antiquissimi etiam, omnes ac singuli, qui a seculo, i. e. unquam, ab orbe condito fuerunt, prout S. Petrus, Act. III, 21, eadem phrasit uens, uocem πάντων addidit, scribens, ὅν ἐλάλησε οὐ Θεὸς διὰ σώματος πάντων αγγέλων προφῆτῶν διὰ αἰῶνος, tum illi, qui uaticinia et promissiones ipsi non configuerunt, quales sunt omnes isti, qui ante Moysen uixerunt, tum illi, qui,

qui, *Mōse* praeunte, et diuinitus iuslo, literis demandarunt ea. Hinc errant omnino, quicum GROTIUS, in h. l. ad *Mōsis* tantum tempora uolunt hanc phrasim exensem; cum tamen ex ipso *Mōse* certum sit, DĒVM ante *Mōsen* pollicitus esse patriarchis *Messiam*, et, quae ab eo pendent, bona salutis, quōrum primum est, quando *Zacharias* pergit, DĒVM promisisse,

σωτηρίαν εἰς ἐχθρῶν ἡμῶν -- τὸν πατέραν ἡμῶν, salutem facere, i. e. *σωτήριον*, servare, uid. de istiusmodi locutionibus periphrasticis *Vindic.* p. 341, ab inimicis nostris et a manu omnium odio habentium nos, sicut uero per inimicos et odio habentes nos intelliguntur tum satanas, mors, infernus, ac peccatum, *Matth.* XVI, 19, *Luc.* XXII, 31, *Rom.* VII, 18, seqq. *i Cor.* XV, 25, 26, 54, seqq. *i Petr.* V, 8, *Hebr.* II, 14, tum inimici crucis Christi, sive increduli, et satanae mancipia in hoc mundo, *Matth.* VII, 15, *XXIV*, 24, *2 Cor.* XI, 13, seqq. *Phil.* III, 2, 18, sic per *σωτηρίαν ποιεῖν*, sive *σωτήριον*, tres indigitantur actus, nimirum eripere ex periculis, deinde salutem conferre, et tertio eripepros ac salutem donatos conseruare, cōnf. quae ad u. II *Eer. I. Natūr. Christi* sunt dicta. Quae admodum emphatice ad Christum applicari possunt, qui ex gratia nos seruauit, *Eph.* II, 8, secundum misericordiam, *Tit.* III, 4, 5, erga patres nostros, sive, Patribus nostris promissam. Ad quae uerba notetur, a) quod ἔλεος pro κατ' ἔλεος sit scriptum, quae ellipsis κατὰ sacris aequa, uid. *Matth.* IV, 15, et paulo post, u. 73, ac profanis iniuritatem non est, uid. *LAMBERTVS BOS* in *exercitat.* p. 35, β) quod male GROTIUS ἔλεος coniuinxerit cum uerbo ποίησαι, quod cum uoce σωτηρίαν cohaeret, ut supra monuitus, γ) quod idem per ἔλεος male intellexerit misericordiam legalem, sive, quae ex legis obseruatione a Patriarchis facta in eorum posteros redunderet, cum tamen hic, ut totus contextus docet, de misericordia pure Euangelica sit sermo, qua Patriarchis credentibus *Messias*, ex posteris ipsorum oriundus, fuit promissus, *Gen.* III, 15, coll. *cap.* IV, 1, *XII*, 3, *XXVI*, 4, *XXIX*, 14, ceter. prout *Maria* in hymno suo, qui ex eodem profixit fonte, ex quo hoc *Zachariae* uaticinium promanauit, expresse *Abrahami* mentionem facit, *Luc.* I, 14, 35, δ) quod uocula μετὰ significet hic erga, quo sensu accipitur, *Luc.* I, 18.

Kay μωνάντων διαθήκης -- πατέραν ἡμῶν, et, sicut premisit DEVS, *cordari* foederis sancti sui, *Levit.* XXVI, 42, *Pf.* LXXXIX, 3, seqq. 35, seqq. non legalis, sed gratiae, quod statim pepigit, post lapsum, cum protoplastis, de quo *Gen.* III, 15, coll. *IV*, 1, post diluvium cum Noacho, *Gen.* IX, 9, 11, quod posthaec cum *Abrahamo*, *Gen.* XVII, 2, seqq. eiusque posteris, *Gen.* XVII, 19, 21, *Pf.* LXXXIX, 4, renouauit, secundum iuramentum, quod iurauit, uid. paulo ante ad uerbum antecedet, et b. *WOLPIVS* in *Cur. Philol.* ad h. l. erga *Abrahamum*, *Gen.* XXII, 16, seqq. *Hebr.* VI, 13, patrem nostrum, hoc est, omnium

credentium, Rom. IV, 11, 16, ad dandum nobis, pro cīc τὸ δῶνα, vid. Vindiciae, p. 325, promissum Messiam, sive cornu salutis, Gen. XXII, 16, 5. 44. Ps. CXXXII, 11, 17, Ies. IX, 6, Luc. I, 69, eo fine et fructu,

αὐτῷ εἰς χειρός. λατέσεων διτὸν, ut beneficio Messiae nobis dati, Ies. IX, 6, ex manu, i.e. ex potestate, vid. Vindiciae, p. 280, iniuriorum nostrorum spiritualium, qui nos captiuos detinebant, Hebr. II, 15, de quibus vid. ad u. 71, ἐρεψι, extracti, πυθένας, quasi ex ore leonis, i Petr. V, 8, metaphorice, liberavit, quo sensu occurrit, Matth. VI, 13, Rom. VII, 24, et Tim. III, 14, itemque in LXX Interpretum Versione, qui Hebraeom uocem Πατέρα, Hosede XIII, 14, occurrentem, eodem verbo reddiderunt, sive metu seruili, cultu filiali, Rom. II, 15, seruiremus, quamdui enim homo seruituti legis ac peccati obnoxius, Rom. VII, 16, seqq. Hebr. II, 15, et in potestate hostium, est, ramdiu etiam in metu seruili ac mortis est, postquam uero Christus hoc meru nos liberavit, et ex servis peccatis ac menciis satanae fecit seruos iustitiae et filios DEI, Rom. VII, 19, II, 16, non amplius timemus, Rom. IX, 15, sed sive metu seruili, filiorum et sacerdotum more ei ministramus, hoc enim inuoluit uox λατρεύειν, quae de Iudaico sacerdotum cultu in sacris adhibetur, et sub se sacrificia, preeceps aliaque opera a DEO in illa complebathebatur, deinde uero et de Christianorum religioso cultu accipitur, quos Christus fecit sacerdotes coram DEO, i Petr. II, 9, Apoc. I, 6, atque comprehendit sacrificia laudis, Hebr. XIII, 15, sanctitatis et iustitiae. Rom. XII, 1, quae cum DEO uera fide offrantur, Christiani ei ministrare dicuntur a Zacharias,

ἐν ὀντότητι καὶ διηγούντῃ -- τῆς ζωῆς ἡγεμονία, in sanctitate et iustitia, quae non in operolis ritibus consistit, sed in sinceritate cordis fide emundati, Act. XIV, 9. Ut uero utraque haec uirtus originem habet a fide in Christum, qui factus est nobis iustitia, sanctitas, ac sapientia, i. Cor. I, 30, arque ob eius iustitiam et sanctitatem iusti ac sancti sumus, Rom. V, 1, i Cor. VI, 11, sic utraque haec uirtus noui hominis, Eph. IV, 24, ob eandem fidem DEO est accepta, Hebr. XI, 6, sive ut S. Zacharias dicit, εἰωνοι αὐτοῦ coram ipso, DEO, qui est καρδιογνώστης, ideoque hypocrites hic locum non habet, neque durare deber illa sanctitas atque iustitia ad tempus, sed per omnes dies uite nostrae, quoad uixerimus, constanția enim fidei requiritur usque ad finem uite, Matth. X, 22, et consequenter etiam sanctitatem, qua DEO seruimus, quoad primam tabulam, et iustitiam, qua ipsi seruimus, quoad secundam tabulam, regum perpetuam, quoad uixerimus, necesse est.

ΤΙΠΟΣ-

ΠΡΟΣΩΠΙΚΕΙΩΣΙC

- I Ut promissiones diuinæ adimplentur certissime 2 Cor. I, 26, uid ad uer. 57 et 58 προσωπικ II, et ad uer. anteced. προσωπικ II, sic eadem, quam olim locutus est, et quam edocuit Patres V. T. est doctrina N. T. eademque fides salvandi, Act. XV, 11, Rom. I, 17, coll. Hab. II, 4, Eph. IV, 4, 5.
- II Quae Prophetae locuti sunt, DEI, non hominum, uerbum est, uid ad u. 65, seqq. προσωπικ VII. Hinc dises, α) quod Scriptura S. uerax, Job. XXVI, 17; β) quod sit efficax ad saluēm, Rom. I, 16, γ) quod fallere non possit, Num. XXIII, 19, δ) quod sibi θεόπνευστοι contrariari non possint, sed ad unum salutis fontem duxerint homines, qui est Christus, Job. XX, 31, Act. IV, 16, X, 43, XV, 11, cet. utpote uno eodemque Spiritu agitati, 2 Petr. I, 21, 1. Tim. III, 16.
- III Postquam Christus hostes nostros denicit, ex eorumque potestate nos eripuit, 1 Cor. XV, 54, seqq. Gal. III, 13, Col. II, 13, 14, 1 Io. III, 8. Hebr. II, 14, 15, illi iis, qui in Christo Iesu sunt, obesse non possunt, Rom. IIIX, 1, 23, seqq. nisi ipsi ipsorum potestati se se sponte dedant, a Christo discedentes, Rom. VI, 16, Gal. V, 4.
- IV DEVS quidem seruat, quae promisit, uid. προσωπικ I, atque iuramenti ac foederis sui recordatur, Leuit. XXVI, 42, Ez. XVI, 59, 60, si modo etiam nos, quae, initio foedare, in Baptismo promisimus, et bonae conscientiae stipulationem erga D EVM, 1. Petr. III, 21, seruaremus. Quare, qui foedare baptismali, perfidia tua, excidisti, eo annitere, ut poenitentia eiusdem fias particeps, Ies. I, 16, seqq. Apoc. II, 5, 26.
- V Sanctus est D EVS, sanctum est foedus eius, ergo, ut nos etiam sancti simus, requirit D EVS, Leuit. XI, 44, 45, ideoque Christus te sanguine suo sanctificauit, Eph. V, 26, 27, 1 Io. I, 7. Noli ergo emundatus re impuritate inquinare, Gen. XXXIX, 9, Cantic. V, 3.
- VI Noli iuramenta eludere, et fidem iuramento datam frangere, sed, quod magni sunt momenti et sancte seruanda, memento, Num. XXX, 3, 5, quomodo D EVS ipse iurare iussit, ipse iurauit, ipse etiam periuria interdixit, Leuit. XIX, 12.
- VII Quamuis D EVS sit veracissimus, ideoque uerba eius sunt ueritas, tamen, ut parim incredulitatem humanam de misericordia sua, itemque ira sua, conuincat, Ezech. XXXIII, 11, Amos. IV, 2, seqq VI, 8, seqq. partim infirmitati hominum sucurat, eorumque fidem firmiorem reddat, iurauit, Gen. XXXIX, 10, seqq.

IIX Cum a natura homines sint τέκνα ὄργης, *Eph.* II, 3, et in servitute peccati, mortis, ac Satanae, *Rom.* VI, 16, *seqq.* 2 *Tim.* II, 26, *Hebr.* II, 14, 15, utique illi in perpetuo uersantur maledictionis legis ac mortis aeternae metu, *Hebr.* II, 15, a quo nemo, nisi Christus, eos liberare potuit, *Pf.* XLIX, 8, 9, 1 *Cor.* XV, 54, *seqq.* *Hebr.* II, 14, 15.

IX Quamdiu homo sine Christo est, *Eph.* II, 12, tamdiu D E O neque uere, neque sine meru, seruire potest, uid προσωπικ. anteced. cum eorum tantum sit utrumque, qui in Christum credunt Redemptorem, *Rom.* IIX, 1, 15.

X Expende, o homo, quod te Christus non ideo redemit, ut membra tua facias arma iniustitiae, et inferuias uoluptribus, sed ut membra tua facias arma iustitiae, et D E O ac Christo seruias Redemptori per totam uitam in sanctitate et iustitia, *Rom.* VI, 12, 22, XII, 1, 2. 1 *Cor.* VI, 15, 19, 20. *Eph.* V, 9, *seqq.* 26, 27, 1 *Petr.* IV, 2.

XI Si hostium crudelitatem, 1 *Petr.* V, 8, atque horrendas calamitates, secum ex-penderent homines, quibus Christus genus humanum liberauit, magnitudinem omnino redemptoris incenarrabilem agnoscerent, *Pf.* XLIX, 8, 9, nec ad seruitutem peccando recurrentes, *Rom.* VI, 12, 16, 2 *Petr.* II, 19, *seqq.* sese de integro dederent hostium tyrannidi, 1o. IIX, 44, *Hebr.* II, 14, 15, 2 *Petr.* V, 8, *Apoc.* XII, 10, et cruciatibus aeternis, *Apoc.* XIV, 10, 11, XXI, 8, sed D E O seruirent, uid προσωπικ. antecedens.

V E R S U S 76 — 79

76 Καὶ σὺ παιδίον, προφήτης ὑψίσου κλη-
Σήσῃ, προπορεύῃ γάρ τι πρὸ προσώπου
77 Κυρίου ἐτομάσας ὁδούς αὐτοῦ, τοῦ δού-
ναι γνῶν των σωτηρίας τῷ λαῷ αὐτοῦ,
78 ἐν ἀφέσει ἀμαρτιῶν ἀντῶν, διὰ σπλάγ-
χνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν ἐν οἷς ἐπεσκέ-
79 ψατοῦ ἡμᾶς ἀναστοῦ ἐξ ὑψών, ἐπι-
φέναι τοῖς ἐν σκότῳ πολὺ ψικί Θανάτοις
παθημένοις, τοῦ καθειδύνα τοὺς
πόδας ἡμῶν ἃς ὁδὸν εἰρήνης.

*Tu uero puerule, propheta Altissimū
uocabris, praecedens enim ante fa-
ciem Domini parare uias eius, ad
dandam cognitionem salutis populo
suo, in remissionem peccatorum eo-
rum, per uiscera misericordiae DEI
nostrī, in quibus uisitauit nos oriens ex
alto, ad apparentum iiii, qui in tene-
bris et umbra mortis sedent, ad divi-
gendos pedes nostros in uiam pacis.*

Ε Σ Η Γ Η Σ Ι Σ

Καὶ σὺ παιδίον -- ὁδούς αὐτοῦ, *Tu uero, (καὶ) enim saepe ponitur pro*
δὲ uid. Vindiciae, p. 165.) puerule, Iohannes, ad quem nunc me conuerto, et cu-
*ius diuinum munus exponam, quo imposterum perfundatur es, propheta Altissi-
mi*

mi DEI vocaberis, quia eris talis, hinc recte nonnulli uerbum ἀληθίνον per
eris uertunt, uid. *Vindiciae* p. 121, male contra GROTIUS statuit, Iohannem
vocari Prophetam, in sensu latiori, h. e. ἐγγυητα, interpretarem diuinorum
oraculorum, non in sensu strictiori, qui futura praedixerit, siquidem,
ut raceamus, quod Iohannes in uirtute Elias Prophetas precedere
debat, *Luc.* I, 17, et ab ipso Christo Propheta, imo maior Propheta,
in sensu strictiori appelleretur, *Matth.* XI, 9, *Luc.* VII, 26, 28, a) sacrae literae
aperte docent, Iohannem futura praedixisse de Messia, *Matth.* III, 11, *Luc.*
III, 6, quem tum temporis, cum ista, de ipso praediceret, nondum nouit, sed
ex afflato Spiritus S. habebat, *Io.* I, 30, seqq. de eius redemtione et officio
sacerdotali, *Luc.* III, 6, *Io.* I, 29, de eius officio judiciali in extremo iudicio,
Matth. III, 12, reliqua, b) ipse Zacharias exponit, quo sensu uelit Prophetae
uocem acceptam, pergens, *praecedes enim ante faciem Domini Θεού θεώπου,*
i *Chron.* XIX, 17, ad parandas vias eius, quod aurem siebat, tum praedicendo ad-
uentum Messiae et doctrinam Euangeli, *Matth.* III, 11, *Luc.* III, 6, tum
præparando per poenitentiam corda humana, ut in ipsum Messiam crederent,
et iram DEI effugerent, hic uero officio suo Prophetico eo felicius perfungi
posset, adeoque propheta, *Mal.* IV, 5, Prophetam, *Deut.* XVIII, 15, præces-
sit, instar auroræ, que solem oriturum, *Mal.* III, 1, antecedit. Quemadmo-
dum enim aurora, accepta luce a sole exorituro, pedentem illuminat terram,
et quasi praedicit solem mox exoritum esse, sic Iohannes, lucis instar ar-
dens et coruscantis, que illuminandi facultatem mutuo accipiebat a lumine,
ipse enim lumen non erat, *Io.* I, 8, doctrina Euangeli Iudeos illuminabat,
et, silem iustitiae, lumen uerum, i *Io.* I, 9, exoritum esse, praedicebat, sive ut
Zacharias uerba sonant.

Τοῦ δοῦναι γνῶστον -- ἀμαρτιῶν αὐτῶν, ad dandam, uid. *Vindic.*
p. 325, cognitionem salutis, quae confitebat in agnitione Christi Iesu, *Io.*
XVII, 3, *Aet.* IV, 12, arque hoc complevit Iohannes, cum testaretur de
Messias persona, *Matth.* III, 11, *Luc.* III, 6, *Io.* I, 8, 15, et redemtione
eius, *Io.* I, 16, 29, *Luc.* III, 6, a qua omnis salus nostra, *Luc.* III, 6,
Aet. IV, 12, Iudeosque de his articulis fidei doctrinæ Euangelicae edoce-
ret, eosdemque ad ueram poenitentiam agendum inuitaret, addiro fructu
eius, qui est remissio peccatorum, sive, ut Zacharias loquitur, in remissionem
peccatorum, quandoquidem Iohannes, praedicata uera poenitentia, *Matth.* III,
7, 8, eos omnes, qui peccata sua sunt confessi, et in Christum crediderunt,
Matth. III, 6, *Marc.* I, 5, 7, 8, *Luc.* III, 6, *Io.* I, 7, 16, baptizavit in remil-
tionem peccatorum, *Marc.* I, 4, *Luc.* III, 3, hancque gratiam eum obtulisse
constat

constat non propter Iudeorum sanctitatem vel iustitiam, sed ex gratia, diuina per et proper Christum, *Io. I, 16*, sive, ut *Zacharias* loquitur,
διὰ σπλάγχνα -- ἐξ ὑψοῦ, per et propter uiscera, *ἀνθρωπαθῶς*, misericordiae DEI nostri, i. e. per summam atque internam misericordiam, est enim abstractum *σπλάγχνα*, quod, h. l. denotat summum atque intimum misericordiae affectum, uid. b. 10. *CONRADI SCHWARZII, Commentar. Crit.* p. 1237, seq. positum pro Concreto, uti hoc recte quoque vidit b. *LVTHERVS*, uertens, durch die herzliche Barmherzigkeit, absque omni tamen *Ebraismo*, uid. *Vindiciae* p. 217, seqq. et recte explicauit b. *STOCKIVS* in *Notis N. T.* ad h. l. scribens, *Per uiscera misericordiae, i. e. per intimam, profundissimam, summam, et immensam misericordiam, qua Deus, commotis uelut uisceribus, impulsu non solum remittit peccata, sed Filium etiam, nomine Orientis insegnit, misit in mundum. Proinde hic uersus cum sine praecedentis arctissime cohæret, innuens remissionis peccatorum per Iohannem Baptistam, praedicare 1) causam efficientem principalem, quae est Deus, 2) causam impulsuam, quae est intima ac immensa DEI misericordia, et 3) causam meritoriam, quae est Filius DEI, nomine Orientis ex alto designatus. Conf.* b. *CALOVIVS* in *Bibl. Ill.* ad h. l. contra *Grotium* disputans. Haec igitur summa et inestabilis DEI misericordia erga genus humanum est causa impulsiva, qua missus Filius DEI in carnem, *Iob. I, 14, Gal. IV, 4*, nos uisitauit, uid. supra ad u. 68, et doctrina Euangeli illuminat omnem hominem, *Io. I, 9*, quo respectu, modo sol dicitur iustitiae, *Mal. IV, 2*, modo lux mundi et in tenebris lucens, uid. *Ies. IX, 2, XLIX, 6, LX, 1, seqq. Luc. II, 32, Io. I, 5, seqq. II, 12, XII, 46*, modo Φως Φόρος, 2 *Petr. I, 19*, modo αὐτοῦ, per enallagen abstracti pro Concreto, *ἀνατέλλω*. uid. *Vindiciae* p. 211, seqq. Orienti ex alto, ut h. l. *Zacharias* eum appellat, quo circa tum *JOSEPHVS SCALIGER* in *Elencho Tribaerefi*, tum *ABRAHAMVS SCVLPTETVS* in *Exercit.* *Euang. lib. I, c. 13, et 10. LIGHTFOOTVS* in *Hor. Hebr. et Talmud.* ad h. l. errazunt, qui, *Zachariam* ad *Ier. XXIII, 5*, et *Zach. III, 8, VI, 12*, utroque oculo respexisse, putant, in quibus locis uocem ΠΟΥ LXX ueterunt *ανατολήν*, et ille quidem recte eos uertisse propagnat, quamuis nondum probauerit, quod uox ΠΟΥ ueteribus Ebraeis orientem significauerit unquam, quac enim de horoscopo attulit, quam Iudei recentiores ΠΟΥ in themate genethliaco nominare solent, nihil probant, quoniam technice ibi sumitur haec uox, non qua proprium suum significatum, hi uero germinis significatum retinent, quibus autem repugnat primo dictio *ἐξ υψοῦ*, quoniam german illud *Danidis* non ex alto, sed ex imo, speciatimque

ex

ex radice, stirpe, ac terra, vid. Ies. IV, 2, XI, 1. LIII, 2, nūrere dicitur, deinde
versus sequentis locutio, ἐπιΦάναρ τοῖς ἐν σκότει, κ. τ. λ. obstat, quomodo
enim haec, quae quidem ἀνατολὴ tribui possunt, de germe prædicari
queant, non intelligimus. Quocirca recte obseruauit HEINSIVS, ad h. l.
scribens, qui, ἀνατολὴ, b. l. germen esse, volunt, nideant, quid Euangelistæ
responsuri sunt, cum addit, ἐπιΦάναρ τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾳ θυνάτου πα-
θησένοις. Quibus verbis ad notissimum Eliaue allusit locum, Ο λαός, ο κα-
θημένος ἐν σκότει, εἰδε φῶς μέγα, οι κατοικοῦντες ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾳ θυνά-
τον, φῶς λαμψει ἐφ ὑμᾶς. Pro quo Mattheus, φῶς δύστελκν αὐτοῖς,
qui et ipse eundem interpretatur locum. Quis autem diceret, germen ἐπι-
Φάναρ καὶ τ. λ. quod est Solis. Neque nideo, cur εἰνατολὴ ήλιον non possit esse
οἱ ἀνατέλλων ἥλιος, sol ipse oriens, cum de eo loquatur, de quo Iesuas LX,
20, cetera. Conf. BALDVINI WALAEI Commentar, in IV Euangel. ad h. l.
Atque hic Sol exoriens dicitur,

ἐπιΦάναρ τοῖς ἐν σκότει -- εἰς ὅδὸν εἰσήνυε, comparere, illucescere, Ies. IX, 1,
seqq. lo. I, 5, sedentibus in tenebris peccati et ignorantiae, Rom. VI, 12, seq. 2 Cor.
IV, 4, Eph. IV, 17, 18, V, 8, 11, quarum princeps est satanas, Eph. VI, 12,
Col. I, 13, et in umbra mortis spiritualis, qui, ut mortis rei, ab ipsa quasi obum-
brabantur, instar eorum, qui carcere inclusi mortis poenam expectant, et
carceris tenebris, mortis quasi umbra et typō, undiqueaque circumdantur,
ut adeo umbra mortis nihil aliud, quam statum peccati eiusque in sequentem
mortis imminentis certitudinem praesentem, Rom. VI, 23, ipsos terrores
mortis, et conscientiae de morte conniunctae iactus ac morsus significet, quam nec
ullo modo effugere poterant, sed, quoniam incredulitas catenis erant vinciti,
in his tenebris et umbra mortis sedebant, i.e. sedem quasi fixam habebant, nisi
Sol iustitiae ipsis illuxisset, eo fine, ut dirigeret pedes nostros, qui in viis hac
usque iuerant malis, h. e., ut nos, qui actiones, mores, cupiditates, ac doctrinas,
quae a statu incredulitatis, peccati, atque irae proficicebantur, in viam pa-
cis, h. e., ad statum fidei, ad quem doctrina Euangeli, quae est doctrina
pacis, sive quae ad pacem ducit, adduceremur, ac pacem habere mus cum D. O.,
Rom. V, 1, Eph. II, 4, seqq. de qua Angeli, nascente Christo, qui huius pacis est
auctor, Ies. IX, 6, Eph. II, 4, seqq. canebant, Luc. II, 14.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Cum sapientia Diuina, antequam, ad magnum illud redemptionis opus per-
ficiendum, Messiam in mundum misit, vias eius doctrina poenitentiae et
Euangelii praeparauit, Ps. XXIV, 9, 10, Ies. XL, 3, 4, Mal. III, 1, Mathe-
D III, 3,

- III.** 3, partim discere seriam eius voluntatem homines ad poenitentiam adducendi et salvandi, partim vero in rebus magnis expediendis DEVM imitari, et te praepara. In primis vero animae iuse, antequam in mortuariis viam ad cœlum poenitentia et fide praepara, *Ies. XXXIX. X., ut in pace discedere possis. Luc. II, 29, seqq. Phil. I, 23, 2 Tim. IV, 7, 8.*
- II.** Liger DEVS non constituerit omnes credentes precursores Domini et Prophetas Altissimi, tamen eos fecit sacerdotes et reges, *i Pet. II, 9, Apoc. I, 6,* eos fecit filios DEI et cohaeredes Christi, *Rom. IX, 4, 16, 17,* eos constituit, ut ipsum sequantur, *Eph. VI, 1, 2, i Pet. III, 21.* Beati ergo illi, qui Christum eadem fiduciae et constantiae sequuntur, *Matth. X, 22, Apoc. II, 10,* qua Iohannes cum praecepit, *Matth. III, 1, seqq.*
- III.** Sacerdotes etiam nunc Domino prædicatione poenitentiae viam præparant ad corda peccatorum, ut ea fide enuadant, *Ies. I, 17, seqq. Act. XV, 19,* eique pulsanti aperiant, *Apoc. III, 20.* Beati igitur, qui eorum uoci salutis obsequuntur!
- IV.** Ut in cognitione Salutis consistit salus humana *Ies. LIII, 11, Iob. XVII, 3, Act. IV, 12,* sic DEVS hanc Salutis cognitionem uoce Euangelii edocuit homines, *Marc. I, 15, XVI, 16, Luk. II, 11, 30, Rom. X, 15, seqq.*
- V.** Examore DEVS Filium suum nobis dedit, *Iob. III, 16,* ex ineffabili misericordia DEVS nostrorum misertus peccata remisit, *Ez. XVI, 6, Rom. IV, 7, 8;* hinc salus non ab operibus, ne in iustitia nostra, *Ies. LXIV, Tit. III, 5,* sed a gratia eius pender, *Eph. II, 8.*
- VI.** Ad cognitionem ueram lex et Euangelium requiruntur, illa, ut nos instruamque statum peccati cognoscamus, *Rom. VII, 7,* hoc vero, ut in Christum Salvatorem credamus, *Iob. XX, 31, Act. IV, 12, Rom. I, 16, i. Io. II, 1, 2.*
- VII.** Dilice in DEI misericordia erga te, misericordiam erga proximum, uid. ad u. 36 *Euang. Domin. IV post Trinit. προσωπ. I - IX.*
- IX.** Ut sol omnes res, quae hyeme mortuas quasi videbantur, calore suo uiuiscat, tenebras dispellit, et rotum orbem ex alto illuminat, sic sol iustitiae, Oriens ex alto, et lumen mundi, Christus, *Mal. IV, 2, Io. II, 12,* nos, qui emorui in peccatis eramus, uiuiscamus, tenebras dispulit, et in rellestatum illuminavit, *Io. I, 5, 9, Eph. IV, 18, V, 8, 14,* uid. plura hic spectantia ad u. 5 *Euang. I Fer. III Nativ. Christi, προσωπ. II, IV, seqq.* et ad u. 9 eiusd. *Euang. προσωπ. I, seqq.*
- X.** Ut per primi Adami lapsum in summas misericordiarum tenebras et in umbram mortis sumus detrusi, sic per secundum Adamum iisdem liberati in

in lucem et uitam translati sumos, Rom. V, 12, 15, seqq. atque pacis cum DEO participes facti, Rom. VI, 1, Ephe. II, 13, seqq. vid. plura ad n. 14 Euang. Fer. I Natu Christi πρόσωπον III et IV, item ad u. 21 Euang. Qua simodogeniti πρόσωπον I.

VERVS 80.

Τὸ δὲ παιδίον ὃν ἔχειν, καὶ ἐκράτασσοντο Puerulus autem crescebat et corroborabatur spiritu, et erat in desertis, τῶν μέρας αὐτοῦ πέντε μηναῖς αὐτοῦ πέντε μηναῖς usque ad diem ostensionis suae in τῷ λογαρίᾳ.

Ε. Σ. Η. Γ. Η. Σ. Ι. Σ.

Τὸ δὲ παιδίον -- πετόμενον. Puerulus autem Iohannes, ad quem nunc omnium oculi, postquam tot tanquam mirabilia agit et post eius nativitatem contigerant, conuerterebantur, et diligenter ad eius aetatem et actiones attendeant, crescebat, tum qua corporis statura, tum qua animi doles, et in primis, corroborabatur in dies spiritu, i. e. si pientia, Luc. II, 40, 52, quam Spiritus S. quo in utero matris iam repletus erat, Luc. I, 15, aliaque dona spiritualia, in ipso magis magisque augeiens, operabatur Rom. IIIX, 26, 2 Cor. XII, 3, seqq. Quanto enim magis crescebat puer, auctore THEOPHYLACTO, ad h. l. tanto etiam magis et efficacia spiritus in illo se ostendebant, organo illarum capace existente. Cum vero ille in virtute Eliae incedere, et poenitentias praecox est, deberet, posthac uirae ratione duriori, et a strepitu ac splendore mundi aliena, contra vero conuersatione cum DEO assuefaverat, in desertis commoratus, ut S. Lucas refert, pergens,

Καὶ ἦν ἐν τῷ ἔγκυοις -- πρὸς τὸν λογαρίαν. Et, utrum ab infancia statim, an postquam ephesis excessit, et prosectoris fuit aeratis, dici non potest, erat, commoratus in desertis sc. χαράκαι, regionibus, quae in culas quidem erant, sed tamen non ab hominibus prouersus vacuae, quandoquidem sparsim in illis erant pagi et oppida, vid. quae de his et aliis momentis hoc spectantibus, ad u. 24 Euang. Domin. Aduenti IV sunt dicta, usque ad diem ostensionis, quo, auctore THEOPHYLACTO, ad h. l. DPO uisum est, illum ostendendum esse in Israele, sive, quo munus suum Propheticum auspiciaturus erat, et ad illud diuino iusso, inaugurbatur, vid. Luc. III, 1, seqq. ut in populo Israelico, qui praecursor Domini erat, eo perfungeretur, Matth. III, 1, seqq. Luc. III, 1, seqq.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I Crescente aetate crescere vires animi et corporis est naturae, sed crescere dotibus spiritualibus et virtutibus fidei est Spiritus S. et gratiae, 1 Cor. IV, 7, XII, 3, 2 Cor. III, 5, Philip. II, 13. Illae ad felicitatem huius, haec ad felicitatem huius et futurae vitae spectant, 1 Tim. IV, 8. Quare his potissimum crescere debemus, Eph. IV, 15, Col. I, 9, seqq. 2 Petr. III, 18.

II Ut ex affectionibus hominis facile potest cognosci, cuius sit Spiritus, Rom. IX, 5, 14, 1 Jo. III, 8, seqq. sic infanta siepe prodit, quid de hoc illoue infante sit sperandum. Vrit enim mature, ut in proverbio est, quod vult urtica manere. Bene igitur iis parentibus, de quorum natis eadem praedicantr, quae de Iohanne nostro, si vero contra, educent eos in disciplina et admonitione Domini, Eph. VI, 4.

III Qui in bonum D E I ministrum euadere vult, is debet sapientia diuina, pietate, et donis spiritualibus reliquis crescere, 1 Tim. IV, 8, ut aptus sit ad munus, quando a D E O, vocatur, conf. προσοικ. Per sequens.

IV Pii non currunt, neque ingerunt sese in munus, sed uocationem Domini in spe et patientia expectant, Jer. XXIII, 21, Luc. III, 2, Ebr. V, 4.

V Qui bene later, bene uiuit. Qui procul a vanitate et strepitu mundi, prof. cul a magnis peccatis.



CAPUT

C A P U T II

Q V O

EVANG. IN FESTO VISITAT. MARIAE

LKC. I, 39 — 56, EXTANS

ILLUSTRATVR

V E R S V S 39 — 41

Αναστὰς δὲ Μαρίᾳ, ἐν ταῖς ὥμεροις
ταῦταις, ἐπορέων εἰς τὴν ὁρευνήν μετὰ
40 σπουδῆς εἰς πόλιν Ιούδα: Καὶ εἰηλ-
θεν εἰς τὸν δικόν Ζαχαρίου, καὶ ἤσπα-
41 σατο τὸν Ελισάβετ τὸν σπασμοῦ τῆς
Μαρίας, ἐσκριψε τὸ Κείφα ἐν τῷ
κοιλῷ σιντης, καὶ ἐπλήσθη πνεύματος
ἀγίου ἡ Ελισάβετ.

Exsurgens autem Maria, in diebus illis, iuit in montanam regionem, cum festinatione, ad ciuitatem Iudee. Et ingressa est in domum Zacharie, et salutauit Elisabet. Et factum est, cum audiuit Elisabeta salutationem Mariae, exsultauit infans in utero eius, et impleta est Spiritu Sancto Elisabet.

Ε Ξ Η Γ Η Σ Ι Σ

Αναστὰς δὲ Μαρίᾳ, -- εἰς πόλιν Ιούδα. Exsurgens autem, i. e. ad iter fere accingens, Maria, gaudio plena ac desiderio pernoscendi arcana DEI consilio, et quae Angelus ei reuelauerat de Elisabet, quod illa, senio confecta, iam sexta mense sit gravigida, Luc. I, 36, in diebus illis, i. e. illo tempore, Vindic. p. 59, seqq. quo Angelus locutus erat cum ipsa, ibat, procul dubio Spiritus S. impulsu, in montanam, scilicet χώραν, regionem, cum festinatione, partim, ut eo citius ad Elisabetam adueniret, et iter, quod satis longum er XXIV milliarium erat, intra pauciores dies absoluueret, partim uero, quia non defes ac tarda erat Maria, sed alacris et celer, ibat illa, quantocuyus fieri poterat, ad ciuitatem Iudea, quae non est Hierosolyma, ut C A M E R A-
R I V S censer, quoniam illa tribus Beniamini, Ios. XIIIX, 28, non luda, erat, sed Hebron, in montanis Iudea sita, iuxta quam erat sepulchrum Abrahami; Gen. XXIII, 2, seqq. XXV, 9, 10, et posteris, praeceperat alias urbes, Aaronis data; Ios. XXI, 12, 13, in quibus sacerdotes, quando Hierosolymis munere suo perfunditi erant, habitabant. In hac igitur ciuitate tribus Iudee, (non tribus Si-
meonis, ut error iste in utraque editione legitur Synopseos Starckianae in der Anmerkung ad h. l.) habitabat Zacharias Elisabetae maritus,

ναὶ εἰπῆλθεν -- ποπάσατο τὴν Ελισάβετ. Et, postquam Hebronens
venit, sine mora ingressa est gaudio plena, quod Dominus saluam adduxisset
ad Elisabetam, nunc conuenientiam, in domum Zachariae sacerdotis, qui
homo pius, senio consectus, et propter incredulitatem cum temporis mutu
erat, *Luc. I, 6, 7, 20*, et salutauit, more Ebraeorum, **שָׁלוֹם** *pax tibi*,
et simul, ut plerumque volunt, singulari prorsus modo, instinctu Spiritus S.
quali, u. g. salutatione Angelus excipiebat Mariam, *Luc. I, 28*, quam sen
tentiam ut reiicere nolamus, cum probabilis videatur, sic AVTORES
Synopseos Starckianae haec salutatione Mariae enarrationem quoque eorum,
quae sibi accidissent, comprehensam dicunt. Verum cum haec latissima
significatio vocis ποπάσατο nullibi legatur, deinde Ebraorum salutandi
ratio, iam iam allegata, satis emphatica sit, qua ipse Dominus quoque usus
est, *Matth. X, 12, 13, Io. XX, 19, 26*, uocem ποπάσατο significauit proprio hic
accipimus, qua Maria salutauit ex intimo corde ei Spiritus S. instinctu, Eli
sabetam cognitam suam, *Luc. I, 36*, ea autem, quae Maria, sibi contigisse,
enarravit Elisaberae, ad mutuum ipsorum colloquiom referimus. Denique
quaerunt nonnulli interpres, cur Zachariae nulla hic fiat mentio, et re
spondei *LEVAS BRVG.* hoc factum esse, uel quia absens ille fuerit, uel quia
ad rem hoc non pertineret, nec ille iam, nisi gestibus, potuerit salutari.
Nobis, quia prior ratio incerta, ultima autem falsa, uidetur, (quoniam nullo
probabiliter arguendo, quod Zacharias furdus ficerit, hinc omnino sa
lutari poterat verbis, licet verbis ipse, sed gestibus, respondere non posset,)
media placet, quia nihil, cum Zachariam saluaret Maria, contigit mirabile,
hinc nec opus erat, ut hic referretur, quod Maria Zachariam saluauerit,
quandoquidem hoc per se est praesumendum de pia uirgine atque bene
morata.

Kai ἐγένετο -- ἡ Ελισάβετ. Et factum est hoc, quod sequitur, mirabile,
eo ipso momento, cum audiuit Elisabeta salutationem Mariae Deiparae, et
per auditum deferre ut ad praecordia atque ad embryon, eoque ipso,
assatu Spiritus S. intelligeret, Dominum, in utero Mariae gestatum, adesse,
eiusdem Spiritus S. instinctu, quo iuxta uaticinium *Gabrielis*, in utero ma
tris implendus erat, exultauit modo singulari et extraordinario, a Spiritu S.
agitatus, atque hac ratione salutabat gestiendo Domini minister ac sponsi
amicus, *Luc. I, 40, Io. III, 29*, Dominum ac sponsum aduenientem, quem
verbis salutare non poterat. Nec embryon tantum Spiritu S. erat imple
tus, sed ipsa mater quoque Elisabet, quae hoc diuino embryonis motu ac
saltu commouebatur, impleta est Spiritu S. atque donis extraordinaris in
fructu, ut non tantum Mariam agnosceret pro matre Saluatoris, quam igno
rabat

rabat antea, sed eriam ipsum Salvatorem in utero matris adesse, in cuius gloriam et generationem exultauerat embryo instinctu Spiritus S. Hinc divinus Iohannis saltus fabula Francisci illustrandus, vel rectius commaculandus, non est, prout LYRA fecit, ad h. l. scribens, illa tamē motto pueri et exultatio fabula est a DEO ad declarationem sanctitatis uirginis et Servatoris in ea existentis, sicut de sancto Francisco legitur, quod aures, ratione carentes, praedicationem eius attente audiebant, ac si verba eius intelligerent, quod factum est a DEO ad approbationem praedicationis uiri sancti. Nam cum DEVVS bruis Euangelium non destinat, ad ea illud quoque non pertinet, nec aures ratione carentes attente illud audire potuerunt, nec DEVVS ad approbandam Euangelii praedicationem auium unitur testimonis, quod iam in se ipso haber uim de ueritate testandi atque homines convincendi.

ΠΡΟΣΩΠΙΚΕΙΩΣΙΣ

I Quoties itinera instituuntur a piis, toties etiam scopus erit bonus, et in Domino, Col. III, 17, Iac. IV, 15, seqq. non ex uoluptate, qua pudicitia Gen. XXXIV, 1, 2, neque ex luxuria, qua sanitas, neque ex curiositate aut vanitate, qua uera religio, est, saepe perdirur, sed in DEI gloriam, proximi sui, que amorem, aedificationem, atque utilitatem, sunt, Gen. XLV, 28, XLIIIX, 1, Iob. II, 11, Io. XI, 11, 15, 16, 19, 20, Act. X, 38, Rom. I, 10, seqq.

II Ut caritas omnem superat difficultatem ac molestiam, 1 Cor. XIII, 7, 8, nec montes, nec vales, metuit, sic nec ab inferiori expectat honorem, sed ei praeuenit honore, Matth. III, 13, seqq. IIIX, 7, 8, Rom. XII, 10. Verbo, quo superiorem se esse nouit, eo submissius se gerit, 1 Cor. XIII, 4, 1 Petr. V, 5.

III Quae suscipimus negotia, non morando ac cunctando, sed festinando et celerando, Prou. VI, 6, XV, 19, XXI, 25, XXVI, 13, non malo et moroso, sed bono et hilari animo, sunt expedienda, Eccles. III, 22, 1 Cor. IX, 17.

IV Imitentur cognati Mariæ amorem Ps. CXXXIII, 1, seqq. Io. XIII, 34, 35, sibique caueant, ne in iis reperiatur, de quorum improbis moribus conqueritur Ieremias, cap. IX, 4, seqq.

V Virtutae salutationes, quae a uera fide et sinceritate cordis proficiscuntur, Rom. XVI, 16, ut multa bona secum ferunt et promissionem eventus habent, Matth. X, 12, 15, sic nemo miretur, quod pleraque salutationes uotiuiae efficiu careant, cuius causa est, quod aut hypocriticae, aut malae sint, nec a fide promanauerint, Rom. XIV, 23, Iac. IV, 2, 3.

VI Disce,

VI Disce, quod foeminae etiam templa sint Spiritus S. 1 Cor. III, 16, VI, 19, 20, et tam per eas olim Spiritus S. locutus fuerit, 2 Reg. XXII, 14, Joel II, 28, Luc. II, 36, Act. XXI, 8, 9, quam per viros, 2 Petr. I, 21. Hinc noli sequiore sexum desplicere.

VII Spiritus S. et Christus operantur per verbum, Act. II, 37, XVI, 14.

Hinc noli errare, quod Scriptura S. quae Verbum est, sit litera mortua, sed hoc crede, quod sit virtus DEI saluandi omnes credentes, Rom. I, 16.

VIII Cum embryo quoque Spiritum S. accipere, et in Christum credere, Luc. I, 15, 16, possint, minime fides, quae est opus Spiritus S. dengari potest infantibus, Matth. XIX, 6, neque baptismus, qui credentibus est conferendum, Marc. XVI, 16, Tit. III, 5, neque de εὐθύνων salutem, qui in utero matris moriuntur, desperandum, aut dubitandum, est.

IX Credentium gaudia a mundi gaudiis, toto coelo, differunt, illi enim de Christo Salvatore in Spiritu S. gaudent, hi uero de iis, quae mundi sunt, gaudent, 1 Jo. II, 15.

V E R S U S 42 — 45

42 Καὶ ἀνεφώνησε Φαῖη μεγάλῃ, καὶ ἐπένε

Εὐλογημένη σύ ἐν γυναιξὶ, καὶ ἐν λογο-

43 μένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. Καὶ

πόδεν μοι τοῦτο, οὐαὶ ἐλαθηὴ μήτηρ τοῦ

44 Κυρίου μου πρός με; Ιδοὺ γὰρ, ὡς ἐγέ-

νετο ἡ Φαῖη τοῦ ἀσπασμοῦ σου εἰς τὸ

45 ὄτα μου, ἐσκήτησεν ἐν ἀγαλλιάσει τὸ

Θρόφος ἐν τῇ κοιλᾳ μου. Καὶ μακαρία

ἡ πιστεύσασα ὅτιέσαι τελεῖσθαι τοῖς λε-

λαλημένοις ἀντῆς πάρει Κυρίου.

Et exclamauit vox magna, et dixit,
Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui. Et unde mibi hoc, ut uenerit mater Domini mei ad me? Ecce enim, cum fieret uox salutationis tuae in aures meas, exsultauit in gudio foetus in uentre meo. Et beata es, quae credidisti, quia erit perfectio dictis tibi a Domino.

Ε Ξ Η Γ Η Σ Ι Σ

Kαὶ εἰνέφανησε — ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. *Et exclamauit Elisabeta vox magna ac sonora, prae gaudio uidelicet ei admiratione ingente, et, insinuū Spiritus S. dixit, Benedicta tu es inter mulieres, i. e. omnium benedictissima, (Solent enim Graeci nonnunquam seperlatiuū hoc modo circumscribere, uid. Vindiciae, p. 245.) quoniam hanc habebat praerogatiuam Maria, quod Deipara esset, et Salvador mundi ex ipso enasciturus, Luc. I, 31, deinde, quod omnes generationes ipsam beatam praedicaturae essent, Luc. I, 48, XI, 27, et denique, quia crediderat dictis diuinis, θεοτόνοι se fore futuram,*

ram, *Luc. I, 45*, eumque, quem nascitura erat, Iesum, *Matth. I, 21*, esse et suum Salvatorem, *Luc. I, 47*, atque ob hanc fidem DEVS benedixerat ei, *Epb. I, 3*. His igitur iunctim sumbris, *Mariam omnino recte omnium felicissimam praedicabat, Spiritus S. instinctu, Elisabeta*, quemadmodum iisdem quoque uerbis Angelus, *Luc. I, 28*, eam praedicauerat omnium felicissimam, ut inde appareat, *Elisabetam ab eodem agitatam fuisse*, a quo Angelus erat missus, iverbis iisdem uterem. Sed non subsistit *Elisabeta* in laude *Mariae*, iverum de ipso Iesu quoque, qui, tum temporis, uix conceptus in eius utero existebat, iisdem loquitor iverbis, *et benedictus est fructus ventris tui*, qui, qua humanam naturam, suam existentiam abs te habet sola, *αἰτητος*, *Hebr. VII, 3*, conf. qua phrasin, *fructus ventris*, *Vindic. p. 304*. Dicitur autem *benedictus*, *ναρ' ἐξοχὴν*, quoniam partim iste erat semen illud benedictum, per quod omnibus gentibus benedicere promiserat DEVS, *Gen. XXII, 18*, *Gal. III, 8, 9, 14, 16*, partim uero, quia unctus erat prae consortibus suis, et spiritum acceperat sine mensura, ut primogenitus esset inter multos fratres, *Pf. XLV, 8, 10, III, 34, 35*, *Rom. IX, 29*, *Hebr. I, 9*.

Kοι πόθεν μοι τοῦτο, -- πρός με; Vnde igitur, cum tu sis θυτός, mibi, qua mater ministri sum, hoc contigit honoris et gratiae, praeter omnem spem atque expectationem, ut mater Domini mei, eniū Spiritus S. afflatum, quo partim edoceatur Elisabeta, *Mariae* Filium esse eum Dominum, cui praecessurus esset suus filius, prout Angelus praedixerat, *Luc. I, 17*, et ipse parent *Zacharias* idem posthaec, in ipsa nativitate, eodem Spīritu confirmauerat, *Luc. I, 76*, partim uero, *Mariam* fore matrem certissimam, unde recte obseruavit *THEOPHILACTVS*, scribens, *Priusquam pariat Dominum, matrem uocat eam, quae in utero gerebat*. Alias enim, priusquam pariant, non solemus matres uocare, propter metum abortiendi. In uirgine autem nibil suspicari oportebat, rum *Elisabetae πληροφορίαν* fidei, quod illum Dominum, quem in utero gerebat Maria, appetet suum Dominum, inquiens, *Vnde mibi hoc, ut mater Domini uenerit ad me*, quae portis ad te accedere debuissim cum meo partu, quemadmodum famulos famulasque decet, ut ad suos Dominos eant, sed, cum *Elisabetae* reuelatum non esset, quod *Maria* grauida, et mater futura Domini, esset, cui praecederet *Iohannes*, contra uero *Mariac* nunciauerat Angelus, *Elisabetam* esse grauidam, haec *Mariam* eo fine accedere non poterat, ut ipsam matrem Domini salutaret, illa uero, edocta *Elisabetae* statum, poterat hanc grauidam salutare.

Ιδού γάρ, -- εὐ τῇ κοιλίᾳ μου. Ecce enim, tibi referam, unde cognoui, te esse matrem Domini, cum scilicet fieret uox salutationis tuae in aures meas corporis, simul aures mentis meae, et partus mei, a Spiritu S. aperiebantur, et hic

E

quidem

quidem falso, quia uerbis non poterat, salutauit Dominum in utero tuo, quandoquidem confessim exultauit in gudio infans in nentre meo, ex quo conuincebar, parum, uix Angelus praedixerat, *Luc. I, 15*, impleri Spiritu S. idque non fortuio, sed quoniam Dominus adiit, qui praecedere deberet. Ceterum noteatur, quod recte obseruauerit BEZA ad u. 41, vocem Βέροφος, quae in hoc et 41 verso occurrat, ponit quidem pro embryo, Graecorum tamen more, scribens, Βέροφος, i.e. ἔμβρυον. Nam proprie dicitur Βέροφος de parte recente edito. Sed haec interdum etiam apud alios auctores permittantur. APHRODISAEVS, εἰ μήτρα διδασκαλίαιον Βέροφος παραμένει, ΔΙΟΣCORIDES, Τοῦτο να τὰ Βέροφη ἐπιτρόπους ΦΗΟΥΛΙΔΕΣ ανεμιντρύμ-
que coniunxit in hoc uerbo, Μηδὲ γυνὴ Φθέγξει Βέροφος ἐμέμενον ἔνδοτε
γατός, ut est ab aliis annotatum. Et forsitan Lucas Βέροφος, quam εὐ-
εργόν, scribere maluit, ut, hunc sibi, adhuc semestris, motum in utero insita-
tum fuisse, ostenderet, et puer, iam nato, magis convenientem, quem adhuc
intra uterum delitescenti. Nam alioquin minime nouum est, foetus in utero
subfiliare. Sed tamen, hunc motum a Spiritu S. profectum esse, satis etiam per
se testatur Elizabetae oratio, de Christi conceptu uaticinantis, cui non interfue-
rat, et quem aliunde cognoscere non poterat.

Kesi uanapla -- παρὰ Kopiou. Proinde, uid. *Vindio*, p. 166. beata
er, *Luc. XI, 27, 28*, in spe, *Rom. II, 24*, quae credidisti, nonnulli interpretes,
in persona tertia accipientes, uerunt, beata est, quae credit, ut BEZA,
GROTIUS, STOCKIUS, AVCTORES *Synops.* Starck. atque sequentes al-
legant rationes, quia legatur pronomen, αὐτὴν ei, in textu, hinc colligen-
dum esse tradunt, Elizabetam ad praefentes de Mariae fide locutam esse,
et forsitan, ut notaret marium matum, qui non credidisset. Verum, ut
αὐτὴν pro οὐανῆ est scriptum, ut paulo post dicemus, sic incertum omni-
no est, urcum, cum Maria colloca fuerit cum Elizabetā, praefentes fue-
rint nonnulli, nec credibile uiderit, quod Elizabeta maritum in tuborem
dare uolerit. Quocirca cum Veteribus et B. Lutheru uertimus, iuxta
contextum, in persona secunda, quia tota allocatio Elizabetae ad Mariam,
in persona secunda, est directa, hinc nulla necessitas nos urget, ut a con-
textu recedamus, nec pronomen αὐτὴν, ut dissentientes putant, est tertiae
personae, sed secundae, quandoquidem Graecorum mos est, ut saepe po-
nant αὐτοῦ, αὐτοῦ, εἰσαντοῦ, pro οὐανῷ, exempla tum N. T. tum pro-
fanorum, uid. in *Vindio*, p. 237, seq. allegata. Quare bene uertit b. LUT-
HERVS; O felig bis du, die du geglaubet hast, nec, ut Zacharias, dubitalisti.
Certe, profecto, uid. *Vindio*, p. 171, et 287. erit perfectio, impletio, dicitis tibi
ipſi, uid. *Vindio*, p. 237, seq. a Domino, i. e. Omnia ea, quae Dominus tibi
per

per Angelum reuelavit, *Luc. I, 31, seq.* implebuntur, tu mater es Domini mei, concepisti enim, et paries, θεάνθρωπον, Salvatorem mundi.

ΠΡΟΣΩΠΙΚΕΙΩΣΙΣ

- I Qui Spiritu sunt pleni, ab eodem agitantur quoque, *Rom. IX, 14*, et, quae Spiritus sunt, loquuntur, *Eph. V, 18, 19*, ex abundantia cordis enim loquuntur, *Matth. XII, 34, 35*.
- II DEI opera ac beneficia non meticulosa, aut haesitante, uoce, sed pleno ore, sunt promulganda, *Ies. XL, 3, 9*, *Luc. II, 13, 14*, *Act. XIV, 9, 10*.
- III Debetur Mariæ gloria, prosequenda est honoris cultu, non autem religioso ac diuino, *Ies. XLII, 8*, sed eo, qui conuenit foeminae inter mulieres benedictæ, et fidei heroinæ, h. e. humano, *Hebr. XIII, 7*.
- IV Ut Christus est semen illud mulieris benedictum, *Gen. III, 15*, ex postoris Abrahami orium, in quo omnes gentes benedictæ sunt, *Gen. XXII, 18*, *Gal. III, 8*, sic idem est uerus homo, et uerum humanum corpus atque animam ex Mariæ essentia assumit, *Matth. XXVI, 38, 45*, *1 Tim. II, 5*, *Ebr. II, 14, 16, seqq.*
- V Credentes agnoscunt, DEV M in se beneficia, dignitatem, ac prærogatiwas, non ob merita et virtutes suas, sed ex gratia conferre, sequentis indigne esse, *Gen. XXXII, 10*, *1 Chron. XIII, 16*, *Matth. III, 11, 14*, *HX, 8*, *1 Cor. XV, 9, 10*, *Eph. II, 8*, *Tn. III, 5*. Noli ergo tibi adscribere, quas accipisti, *1 Cor. V, 7*.
- VI Disce et demirare in Christo eiusque matre humilitatem, *Matth. XI, 28, 29*, qua Dominus ad famulum, superior ad inferiorem uenit, *Matth. III, 14*, *Phil. II, 8*. Sis ergo tu quoque humili, *1 Petr. V, 5, 6*, si Christus ad te aduenire, et in cor tuum introire deberet, *Io. XIV, 23*, *Apoc. III, 20*, et gratiosum hunc aduentum, qui sit in Baptismo, *Gal. III, 27*, in S. Coena, *1 Cor. X, 16*, *XI, 24*, verbo et fide, *Hof. II, 20*, *Io. XIV, 23*, *Eph. III, 17*, *ipsi mente demirare*.
- VII Quamvis duae sint naturæ in Christo, una tamen est persona tantum, quæ dicitur θεάνθρωπος, *1 Chron. XVIII, 17*, *Matth. XXII, 42, seqq.* *Io. I, 14*, *Rom. IX, 5*, *Gal. IV, 4*, *1 Tim. II, 3, 5*, *III, 16*. Hinc, illas ne separas cum Nestorianis, neque confundas cum Eutychianis, eaque.
- VIII Quid Christum uera fide Dominum nostrum vocare possimus, est S. iuri S. adscribendum, non uitribus humanis, *1 Cor. XII, 3*, *2 Cor. III, 5*.
- IX Tene, quod embryo, Iohannis exemplo, Spiritus S. donorum sunt capacia, et Christum Salvatorem, huius gratia, morint, *Io. XVII, 3*, hinc de ipso-

ipsum salutem, cum in utero matris moriuntur, noli dubitare, uid. ad uer. 41 προσομ. IX.

X Cum efficacia uerbi Spiritus S. tanta sit, ut ad embrii aures pertingat usque, atque in ipso operetur, noli culpam in verbum diuinum transferre, ac si minus esset efficax, quando, id in omni peccatore non operari, vides, sed, quod huius resistentia sit in culpa, memento, *Matth. XXIII, 37, Act. XIII, 46.*

XI Fides est securigo et fons omnis salutis ac beatitudinis humanae, *Marc. XVI, 16, Io. III, 16, XX, 31.* Hinc, si promissionum diuinarum particeps et saluus fieri volueris, crede. *Act. XVI, 30, 31, Rom. III, 23, seqq. IV, 16, 17, Hebr. XI, 1.*

XII Promissiones diuinae sunt certissimae, et certissime etiam explentur. Idecirco expeltes earum impletionem uera fide, uid. ad u. 70 seqq. *Evang. in Festo S. Io. Bapt. προσομ. I.*

V E R S U S 46 — 48

46 Καὶ ἦπε Μαριάμ· Μεγαλύνει ἡ ψυχή

47 μου τὸν κύριον, καὶ ἡγαλλόστε τῷ

48 πνεῦματι μου ἐπὶ τῷ Θεῷ, τῷ σωτῆρί μου·

Οτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς

δούλης αὐτοῦ· Ιδού γάρ, ἀπὸ τοῦ νῦν

μακαρισθῶν με πᾶσαι εἴ γενεαί·

Et dixit Maria. Magnificat anima mea Dominum, et exultauit spiritus meus in DEO, Salvatore meo. Quia respexit in humilitatem ancillæ suæ. Ecce enim, a nunc beatam praedabunt me omnes generationes.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Καὶ ἦπε Μαριάμ· -- τὸν κύριον, Et, postquam Elisabeta, Spiritus S. instinctu, collocuta erat cum Maria, itidem haec a Spiritu S. commota, dixit, laude DEI et gudio in Domino plena, *Pf. CIII, 1, seqq. Ies. LXI, 10, Phil. IV, 4.* *Magnificat*, non quidem re ipsa et quantitatue, quandoquidem DEVS adeo magnus est, ut maior fieri non possit, nec essentia eius immutabilis, *Iac. I, 17*, crescere, vel decrescere, *Pf. CI, 28*, sed, qua celebrandi, laudandi, et glorificandi rationem, ut sensus sit, laudibus extollit, glorificat, conf. *Act. X, 46, XIX, 17, Phil. I, 20, anima mea, i. e. ego extollo* (interne, mente, externe ore, ut *Matth. XXVI, 38, περίλυπός εἰσιν ἡ ψυχή μου ἡνῶς θανάτου*, i. e. interne arque externe, conf. *Matth. XII, 18, Luc. XII, 19, et b. 10. CONRADI SCHWARZII, Not. ad b. Olearii Diff. de Stilo N. T. p. 28, seqq.*) *Dominum, DEVUM omnipotentem, misericordem, ueracem, qui, quae ex misericordia ac gratia promisit, ea nunc secundum ueracita-*

racitatem atque omnipotentiam suam praefstat, quod ego humilis ancilla Saluatorem eius *θεάνθρωπον*, Io. I, 14, et Tim. III, 16, in utero meo gero, et ideo exultavit Spiritus meus in hoc DEO Saluatore meo. Disquisuerunt in terpres, unde verba huius hymni Maria desumpsit, GROTIUS, ad h. l. existimat, respicere hoc carmen ad tempora exitus ex Aegypto, scribens, Respicit hoc carmen non obscure ad tempora exitus ex Aegypto, quibus tempora Messiac figurabantur non sine admirabili DEI dispositu congruentibus circumstantiis. Est ibi Maria, παρθένος (vid. Exod. XV, 2, 20, 21,) dux foemine agminis, et hic Maria obumbrata sancto Spiritu, supra omnes foeminas celebranda. Secundas ibi tenet Elisabet, Aaronis uxor, (Exod. VI, 23.) hic alia Elisabet, nupta sacerdoti ex Aaronis genere. Ut vero haec omnia sunt pia, et certo modo respici possunt, quae tradidit GROTIUS, sic b. CALOVIVS mauult, hic *Hannae* carmen i Sam. II, respici, inquiens, Respicit in primis carmen *Hannae*, i Sam. II, collatio utriusque docet, quoniam Maria similiter ut Hanna in salutari suo exultet, nomen Domini, b. e. potentiam, sanctitatem, uel iustitiam, ac misericordiam eius celebret, et regimen DEI, atque in eo opera divinae potentiae, iustitiae et gratiae depraedicet, haec tamen omnia maxime referent ad rem praesentem, et ea, quae sibi ab Angelo annunciat, ab Elisabetta confirmata erant. Quod licet omnino uerum sit b. CALOVII assertum, et qua rem uterque hymnus conueniat, qua exprimendi tamen rationem in omnibus non conuenit, nec certum est, utrum Maria haec et similes hymnos in mente haberit, cum suum a Spiritu S. agitata recitaret. Interim tamen illi, cum multum ad illustrationem faciant, hic omnino conseruare possunt ac debent.

Kαὶ ἡγελλαῖος τὸ πιεῦμα μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρι μου. Et iam tum, cum Angelus mihi annunciasceret gratiam ac misericordiam DEI, me matrem Domini et foeminis celestem esse destinatam, pro totis viribus exultaui, et etiam nunc exultat, et imposterum quoque exultabit, Aoristi enim saepe praeteritum, praesens, ac futurum inferunt, vid. *Vindiciae*, p. 252, seqq. *Spiritus meus*, siue anima mea illuminata et perfectionibus spiritualibus donata, in DEO Saluatore meo. Testatur ergo Maria, hac locutione de gudio animae sue spirituali, quod spiritualibus donis instruta, ex cognitione tum amoris, misericordiae, ac gratiae DEI et DEI Servatoris sui, tum salutis sua indē consequentis, ac gloriae, quod mater esset Messiae, sentiebat, prout, eodem modo, Sulamitha spiritualis, tale gaudium sentiens, *Ist. LXI*, 10, exclamat, contra vero multum abest, ut ex hoc loco, tres esse partes hominis, stabiliti possit, quarum, praeter corpus, altera sit anima, altera spiritus, cum prior locutio ψυχή μου idem ualeat, quod ego,

Spiritus uero ἐξηγητικῶς animae quidditatem, sive animam illuminatam eiusque affectiones denoter, ut paulo ante dictum est. Denique obseruetur, quod ex πληροφορίᾳ fidei Maria agnouit Salvatorem suum, quem in utero gerebat, uerum DEVM er uerum hominem, adeoque θεῖοθεωτον esse, dum ait, επὶ τῷ Θεῷ, τῷ σωτῆρι μου.

Oti ἐπέλεσθε -- πᾶσαι αἱ γενεαί. Quia, nam, causam nunc reddit Maria exultationis suae, in uersu anteced. quia DEVS Salvator meus, respergit gratiose, quos enim gratia, fauore, misericordia, et amore, complectuntur homines, in eos conuertunt oculos, quos odio prosequuntur, aspernantur, et floccipendunt, ab iis auertere solent oculos, hinc ἀδηματικῶς loquitur de DEO Salvatore suo, quod, more Principum, ex gratia respergit in humilitatem ancillae suae, i. e. per enallagen abstracti pro concreto Graecis triuissimam, uid *Vindiciae* p. 217, seqq. in humilem suam ancillam, qua locutione Maria non uirtutem, quae παπεινοφοράν humilitas dicitur, expressit, sed infamiam, abiectam, et uilem foris sue conditionem, quamuis ex regio Davidis sanguine esset orta, designauit, ut dum recte obseruauit THEODORVS BEZA in *Annotat. N. T. ad h. 1.* scribens, Significat autem ταπεινωσις humilitatem, i. e. uilem et abiectam conditionem, qualis est nimis uilem seruorum. Itaque inepti sunt, qui modestiam, ceteraque Mariae uirtutes, hoc loco praedicant, quasi ταπεινωσις illud sit, quod Graeci ταπεινωόποσιν vocant, Galli uero uernacula sermone humiliare, quasi denique Maria sua merita, ac non potius infinitam DEI misericordiam, praedicit, ut recte obseruat Erasmus in hunc locum. Profert autem Theophylacti uerba, quae iterum libuit excire, ut praeosterti isti Mariæ cultores intelligent, si quid illis mentis ac cordis superest, sanis hominibus nunquam placuisse ista, quae ipsam pertinaciter tenuuntur. Sic igitur ille. *Virgo plenius edocet glorificat DEVM, illi miraculum adscribens, non sibi.* Ille enim, inquit, respergit ad me humilem, non ego illum suspexi, illi mei misertus est, non ego illum quae-sui. Et ex hoc tempore beatam me dicent omnes generationes, non sola uero Elisabet, sed et omnes credentium generationes. Sed quam ob causam beatam me dicent? οὐδὲ διὰ τὴν εὖντα αἰσθήν; Οὐχι, εἰλλ' οὐτὶ ἔτοινος μετ' εἴρην, μεγαλεῖα ὁ Θεός. Num propter meam uirtutem? Minime, sed quia mihi magnifica fecit DEVS. Atque haec ratio ipsa in uersu sequenti legitur a Maria allegata. Ecce enim, uid *Vindic.* p. 157, seqq. a nuno, uid *Vindi-* c. p. 227. seq. beatam me dicent omnes omnium seculorum generatio-nes et aetates hominum credentium, sive, quoad credentes erant in ter-ram orbe.

ΠΡΟΣ-

ΠΡΟΣΩΙΚΕΙΩΣΙΣ

- I En sanctae Mariae πληροφορίᾳ fidei ac humilitatem, secundum hanc non superbit, quod mater sit facta Salvatoris, sed potius indigitatem atque insiniam sortem suam humilius agnoscat, DEI que gratiae tribuit pia gratia que mente hanc praerogatiuam, conf. ad u. 42 seqq. προσωικ. V secundum illam vero Dominum fiducialiter suum DEV M ac suum Salvatorem ueneratur, conf. ad u. 68 et 69 Euang. In Festo S. Ioh. Baptistarū προσωικ. V.
- II Memor sis, o anima, exempli S. Mariæ, ut itidem, pro tot beneficiis in te collatis, ex omnibus uiribus DEI misericordiam extollas, celebres, glorifices, eique gratias perfolias, conf. ad u. 62, seqq. Euang. in Festo S. Ioannis, Baptistarū προσωικ. IX ετ X, et ad uers. 68 et 69 προσωικ. I.
- III Cane, ne externis duntaxat labiis DEI gratiam extollas, Ies. XXIX, 5, coll. Matth. XV, 8, sed ex intimo simul pectore, Ps. IX, 2, CII, 1. Utrumque enim DEVS os et cor, abs te reposcet, Rom. X, 20, hoc si defuerit, hypocrisin, Matth. XV, 7, 8, illud aut metum humanum, Matth. X, 32, aut ingrata mentem infert.
- IV Vbi fidei πληροφορίᾳ, ibi sermocinatio in laudem DEI, Matth. XII, 34, 35, 2 Cor. IV, 13, Ebr. XIII, 15, ibi fiducia in DEV M, Rom. IIIX, 15, Ebr. XI, 1.
- V Hoc est verum gaudium, quod pii in spiritu gaudent de DEO Salvatore suo, Ps. IX, 3, XXXII, 11, Ies. LXI, 10, Hab. IV, 18, Io. XVI, 22, Phil. IV, 4. Reliqua gaudiorum genera sunt plerumque uana, Eccl. II, 10, 11.
- VI Mundus post gaudia dolet, Luc. VI, 25, XVI, 24, 25, sed filii DEI post nubila gaudent, Ps. CXXVI, 1, seqq. Ies. XXXV, 10, Io. XVI, 21, 22.
- VII Cum Maria peccatorum numero se se non eximat, sed Salvatorem suum fiducialiter appelleret, quid Mariae cultores audent, cur illi eam peccatorum numero eximunt? quod nunquam tueri possunt, Rom. III, 12, 23, VI, 23, 1 Io. II, 2.
- IX DEVS non est προσωπολήπτης, sed corda respicit, 1 Sam. XVI, 7, Gal. II, 6, Eph. VI, 9, non sublimia huius mundi, sed humilia in hoc mundo, uera fide emundata, Matth. V, 8, Act. XV, 9, 1 Cor. I, 20, 21, 26, seqq. 1 Petr. V, 5. Si ergo uolumus, ut DEVS in nos quoque respiciat, eo submissius nos geramus, quo superiores sumus, uid. προσωικ. I.
- X Cum DEVS te ornet praerogatiuis et donis sublimioribus, noli iis superbire, sed expende, quod, quae accepisti, ex graria habeas diuina, 1 Cor. IV, 7, et quod DEVS sit, qui exalteat miserios atque humiles, Ps. CXIII, 5, seqq.

X Ετι

X Eisi Maria omni praeferenda sit mortali, et a nobis omni cultu prosequatur. multum tamen absit, ut religiosae adorationis cultum, qui soli DEO proprius est, ei vindicemus, quae intuitu DEI humilis est ancilla, Conf. ad u. 42, seqq. huius Euang. προσομ. III.

VERSUS 49 ET 50

49 Οτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνάτος, Nam fecit mihi magna Potens, cuius
50 καὶ ἄγιον τὸ ὄνομα ἀντοῦ, καὶ τὸ nomen sanctum est, et cuius misericordia in generationes generacionum timentibus eum erit.
ἔλεος αὐτοῦ εἰς γερεάς γενεῶν τοῖς φοιτήσιοις αὐτοῦ.

ΕΞΗΓΗΣΙΣ

Oti ἐποίησέ μοι -- τὸ ὄνομα αὐτοῦ, Nam, rationem versus antecedentis dedit S. Maria, cur ipsam beatam praedicarent omnes gentes Christianae, quoniam nimicum fecit mihi, ancillæ humili et ignobili in gente mea et coram mundo, magnalia, i. e. excellencia, magnifica, et mirabilia, quo sensu apud XENOPHONTEM, POLYBIVM, aliosque occurrit, itemque apud LXX Interpretes, qui Ebraeas uoces נָדְלָה Pj. LXXI, 19, ei לְגַדֵּל magnificantia, Deut. XI, 2, nomine tum pluralis μεγαλεῖα, tum singularis μεγαλεῖον exprefserunt. Referunt quoque THEODORVS BEZA, in Annos. ad hunc locum, Psalmum XCIX, 2, in quo legitur נָדְלָה נָמָשׁ facit miracula, miracula, LXX. Interpretes reddiderunt ἐπόντες θαυματά, ipsique uidetur Mariam ad eum respexisse, quod utrum certum sit, cum phrasæ inuicem, qua straturam, non respondeant, cum aliud sit, Dominus facit miracula, et aliud, Dominus mihi fecit magnalia, i. e. magnifica, siue, ut ipse BEZA uertit, quia magnifice mecum egit, diuident lectores. Intelligit uero S. Maria per μεγαλεῖα res demirandas prorsus ac magnificas, quae miracula omnino presupponunt, vide Act. II, 11, eundem significatum. Erant enim tales res de mirandæ, quas hic Maria intellexit uult, 1) quod conceperit Messiam sine uiri concurso, Luc. I, 34, 35, Hebr. VII, 3, quæ concipiendi ratio omnem urique rationem transcendebat, 2) quod in utero virginali gestaret sanctum sanctorum. Filium DEI, et θεούθεωπον, quo mysterio, 1 Tim. III, 16, uix datur mirabilius ac maius, adeo, ut cum Dauide hic Mariae erat exclamandum, hujus mysterii cognitio intellectu meo est mirabilior, excelsa est, nec ad illud pertingere possum, Ps. CXXXIX, 6, 3) quod dona Spiritus S. in se contulerit tanta, ut non solum crediderit, quæ ipsi Angelus annunciauerat, sed etiam

etiam Messiam, quam in utero gerebat, pro suo Salvatore uera fide agnoverit, 4) quod inter omnes foeminas eam dignatus esset matrem Messiae feligere, et quae sunt alia benedictionis genera, quibus in Christo benedixerat ei, Epb. I, 3, DEVS, siue, ut Maria loquitur, ὁ δούλος, potens, καὶ ἔξοχος sic dicit, nimirum, omnipotens DEVS, οὐδὲ ille, εἶτα γέροντας, Gen. XVII, 1, Ps. XXIV, 8, Ies. IX, 6, quemadmodum ex attributis hoc apparet, cum eum describat a misericordia, u. 50, omnipotencia et iustitia, u. 51, 52, 55, benignitate, u. 53, mercitate, u. 54, in nostro autem verbo, a sanctitate eius, inquietus, καὶ αἰγαλεῖ τὸ ὄντα αὐτοῦ, quae verba ex Graecismo, de quo vid. Vindiciae, p. 238, seqq. sunt explananda, cuius (καὶ αὐτοῦ enim est pro ὅ γραπτόν,) nomen sanctum est, per essentiale attributum, tribus SS. Trinitatis personis commune, Ies. VI, 3, Apoc. IV, 8. Hinc omnia, quae DEVS triunus, et in primis secunda persona, unctione quae incarnationata erat, Io. I, 14, Gal. IV, 4, et Tim. III, 16, in opere incarnationis egerat cum Maria, sunt sancta, et ab omnibus sancta ac pia mente suspicienda.

Καὶ τὸ ἔλεος -- τοῖς φειδούσιν αὐτὸν. Et misericordia eius, id est, cuius misericordia, Vindic. p. 238, seqq. secundum quam non tantum ab aeterno generis humani lapsi miserius est DEVS Pater, Epb. I, 4, sed etiam Filium suum unigenitum in mundum misit, et pro eo dedit, Io. III, 16, 17, Rom. IV, 25, IIX, 32, Gal. IV, 4, Apoc. XIII, 8, DEVS Filius autem ipse a diabolo, morte, et inferno ipsum liberavit, Hos. XIII, 14, et Cor. XV, 54, 57, Col. II, 13, seqq. Hebr. II, 14, 15, DEVS Spiritus S. denique uoce Evangelii ad regnum gracie uocauit, illuminauit, regenerauit, et sanctificauit, et Cor. VI, 11, XII, 3, Tit. III, 5, 6. Atque haec misericordia DEI triunus duratura in generationes generationum, i. e. quoad homines in hoc terrarum orbe erunt, Vindic. p. 326, timentibus eum timore filiali, Rom. IIX, 15, erit, qua ipsum fructum. Non enim Maria hic uititur, obseruantem b. CALOVIO, in Bibl. III, ad h. l. phrasim legali, qualis est Exod. XX, 6, quod gratiam faciat illis, qui custodient praecepta sua, sed Euangelica, qua metus indicatur filialis, qui a spiritu proficisciatur filiali, Rom. IIX, 15, et fidei effectus est, qua credimus, DEVUM esse Parrem nostrum a Christo reconciliatum nobisque propitium, ideoque eo timore, qui filiorum est, fiducialiter uenerandum suspicendumque, Ps. CIII, u. 13.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙC

I DEVS solus est uere potens, Gen. XVII, 1, Exod. XV, 11, Ps. LXXVII, 14, huic soli haec gloriam pii in terris, Ps. XII, 12, CXV, 1, ac coelites in coelo uindicant,

F

Apoc.

Apoc. IV, 8, 11. Sciunt enim, quod potentissimi, quos vocant, non possunt iuuare, nisi Potens ille iuuet, *2 Reg. VI, 27, Ps. CXIX, 8, 9, CXLVI, 3, Ier. XVII, 5.* Ad hunc ergo confuge, non ad illos, *Ps. LVI, 12, LXXI, 1, seqq. Matth. X, 28.*

II O si homines, cum Maria aliisque sanctis, agnoscerent tot tantaque illa, et saepe mirabilia, beneficia, quas DEVS in ipsis, *Gen. XXXIII, 10,* constituit, *Ps. CXXXIX, 14, seqq. Io. IH, 16, Eph. I, 3,* procul dubio eriam animas suas cum Davide admonerent, ne eorum obliuiscerentur, *Ps. CIII, 1, seqq. Matth. X, 28.*

III Omnes, quibus excellimus, doctes ac praerogativas a DEO in acceptis referas, *1 Cor. IV, 7, 1ac. I, 17,* et DEO hanc gloriam tribue, non tibi, iuxta προσοικ, antecedentes.

IV Cum DEVS sanctus sit, *Levit. XII, 45, Ies. VI, 3,* omnia quoque eius opera et actiones sancta esse, teque decere, ut eius nomen sanctifices, memento, *Matth. VI, 9,* et in sanctitate, quoad uixeris, incede, *Luc. I, 73,* confid ad u. 70, seqq. *Evang. in Festo S. Ioh. Bapt. προσοικ, V et X.*

V Misericordia DEI erga genus humanum lapsum tamdiu durat, quamdiu homines sunt, quamdiu regnum gratiae durat, *Thren. III, 22, Luc. I, 50, 2 Petr. III, 9.* Ne igitur, peccator, de misericordia DEI, despera, sed ad eam confuge. Non te repeller, *Io. VI, 37,* sed expansis brachiis te suscipiet, *Ier. III, 12, 13, Hos. XI, 8, 9, Matth. XI, 28, Rom. X, 21, coll. Ies. LXV, 2, Conf. ad u. 36 *Evang. Domin. IV post Trinit. προσοικ, I-IIX.**

VI Misericordiam DEI, iuxta προσοικ, anteced. perpetuo durare, verum quidem est, sed, si erga te etiam, quoad uixeris, durare debet, tu quoque Dominum timore filiali, quoad uixeris, prosequi debes, *Ps. XXXIV, 10, Phil. II, 12.*

V E R S U S 51 — 53

51 Επόντος κρέτος ἐν Σπαχλοῖς αὐτῷ·
διεπούσιον ὑπερηφάνους διενότις καθ-
52 διας αὐτῶν· Καθεὶλε δυνάσας αὐτὸ-
53 θέσαν, τῷ σφυρε ταπεινού· Πεινήτας
ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, οὐκ πλουτοῦντας
εἴσαπτειλε πενούτας.

Fecit potentiam cum brachio suo, Dis-
separavit superbos cogitatione cordis
eorum. Detruxit potentes de thronis,
et exaltauit humiles. Effliger-
tes impletis bonis, et dimitte dimitti
imicos.

Ε Η Ν Γ Η Σ Ι Σ

Εκοίνητε κρέτος — διανοίᾳ ναζδίας αὐτῶν. Fecit potentiam, recte de hac phrali iudicat SCVLTERVS, Latinam lingam in exprimenda huius di-
gionis

Etionis ui, hic, sicut alibi saepe, pere succumbere. Nam uero ~~ηγάρτος~~ adeo
 emphatica est, ut nulla vox in lingua Latina exierit, qua eius exhaustire
 significavum possimus, siquidem opera et actiones omnipotentiae di-
 vine, h. l. denotat, quae έργα των eius in uniuersum ab orbe conditio-
 fecit, in praesenti quotidie facit, et futuro tempore faciet. Continuatio-
 nem enim horum omnipotentiae diuinæ operum infert Aoristos εποίησε, uid.
Vindictae, p. 252, seqq. In primis vero *Mariæ* dictione ad praesens miraculo-
 sae incarnationis opus respicere videret, quod omnem rationem transcen-
 dit, et solius omnipotentiae diuinæ opus erat, ui cuius Λόγος caro fa-
 ctus sarana, infernum, mortem, atque reliquos hostes cum spirituales, tum
 corporales, *Herodem*, *Pilatum*, *Iudeos*, aliasque oppressurus erat, sicut
 olim, non incarnatus, oppresserat Aegyptios, cum brachio suo, *Exod.*
XV, 16, *Ps. LXXXIX*, 11, *Aet. XIII*, 17, αὐθεωποναθῶς denotatur, omni-
 potentia diuina, atque *Messiae* tribuitur, *Ies. XL*, 10, *LII*, 10, *LIII*, 1, et alibi.
 Atque hac omnipotencia sua dissipauit *Messias*, paleae instar, *Ps. I*, 4, omni
 tempore, hostes superbos, quales erant olim Aegyptii, *Ps. LXXXIX*, 11, ex
 quo loco uerba desumisse *Mariam*, *Grotio*, ad h. l. est uisum, quod quidem
 qua rem, non autem qua uerba ipsa, videretur nobis, quandoquidem, præter
 uerbum ηγάρτος et δισκόρπισας, nulla amplius uerborum est conuenientia,
 qua rem uero eadem fere videretur esse sententia. Quos enim *ETHAN* in
 allegato *Psalmo* קְנָתֵן appellat, eos *S. Maria*, quales sin illi hostes,
 commentatio quasi describens et illustrans, nominat υπερφέρουσας διανις
 ναρδός αὐτῶν, superbos cogitatione cordis eorum, tales erant Aegyptiorum
 Reges, *Exod.* V, 2, de quibus *Ethan*, et tales erant quoque hostes regni Chri-
 sti, *Herodes*, *Pilatus*, *Pharisæi*, atque reliqui tum corporales, tum spirituales,
 ad quos *Maria* in spiritu hic respicere videret, quos omnes dispersit
 DEVS Salvator, dum horum regnum euerit, principatus expoliavit, mortem
 atque infernum devicit, et suos ex tenebrarum potestate eripuit, atque in re-
 gnum suum transtulit, *Hos. XIII*, 14, *1 Cor. XV*, 54, *Col. I*, 13, *II. 15*, *1 Io. III*,
8, *Hebr. II*, 14, 15, illorum contra potestatem, qua superbiebant, abstulit,
 dum *Herodem* utrumque cruciatibus summis confecit, *Aet. XIII*, 21, seqq.
 et *IOSEPHO* teste, *Pilatum* munere depositi atque exilio ponuit, Hierosolymas
 funditus deleuit, prout praedixerat, *Luc. XIX*, 41, seqq. et inde eos a facie et
 regno sua reiecit, et regno priuavit, prout tot huius rei sunt testes, quorū Iudei,
 in terrarum orbe dispersi, existunt. Vocantur autem hi, superbis cogitatione cordis
 eorum, quoniam cor pro superbias aliorumque uitiorum sede habetur, *Dent.*
HX, 14, *XVII*, 20, *Ps. CXXXI*, 2, *Ies. XLVI*, 12, *Ier. XLIX*, 16, *Dan. V*, 20, hinc
 Davides a DEO cor, ab istiusmodi uitio purum, petit, *Ps. LI*, 12, conf. *Aet.*

XV., et in intelliguntur tum homines generis nobilioris, respectu Messiae exinaniti, qui hunc, quoniam habitu seruili apparebat, *Philip. II, 8*, prae superbia cordis sui despiciebant, *Pf. XXII, 7, 8*, *Ies. LIII, 2, 3*, sibi imaginantes, Messiam fore Regem mundanum, qui populum Israeliticum in summa felicitatis statum esset asserturus, eumque a Romanorum iugo et servitute liberaturus, tum sexus sequioris, respectu *Mariæ*, quæ credebant, Messiam non ab ignobili et adeo uilioris conditionis puerilla, sed ex tali foemina, quæ generatione non tamquam antiquitate, sed etiam gloria et felicitate, floraret enascentium esse, sed has quoque superbas animas Dominus dispersit et cogitationes cordis confudit, cum *Mariam*, insimac conditionis virginem, matrem sibi elegerat, a qua humanam effumperet naturam.

Kαθεῖται δύνασας ἀπὸ ὁρῶν, καὶ ὑψος ταπεινούς. Detraxit, deturbavit, ut AELIANVS post THUCYDIDEM, HERODOTVM, aliosque, lib. II, c. 25; Var. Hist. scripsit, Δαρεῖον καθεῖται Λέξανδρος, Darium deiecit, deturbavit, bello Alexander, hinc restit notauit b. spockius in Not. N. T. ad h. l. inquiens, καθαρεῖν autem usurpatur de eo, qui alterum in alto constitutum deturabit, eumque imperio, dignitate, ac potestate exiuit. Sic usurpatum ab Herodoto, lib. II, c. 152. Ita de throno olim deturbavit D E V S Pharaonem, Nebucadnezarem, Saaheribum, et. Eodem modo throno deiecit D E V S Saulem, eiusque loco exulit Davidem, ut paulo post dicemus pluribus, confi, qua vocem καθέλεις, b. RAPHELIUS in Notis Xenophont. ad h. l. IACOBVS ELSNERVS in Obj. S. ad h. l. aliique plures, a b. WOLPIO in Cur. Phil. ad h. l. adducti. Santa Maria uoci καθέλει iunxit nomen δύνασας, quod quidem nomen in genere denota quilibet potentem, imo ipsum omnipotentem, D E V M, i Tim. VI, 15, hoc autem loco exprimere potissimum Principes ac Reges, qui regnant et potentia florent, docet partim addita dictio ἀπὸ ὁρῶν, deturbavit potentes a thronis, qui Regum ac Principum regnantium sunt proprii, partim oppositum, καὶ ὑψος ταπεινούς, et exaltavit, in thronos nimirum, humiles qua fortem, sine infirmis, confi. i Sam. II, 7, 8. Quale exemplum nobis exhibetur olim in Sanle Rege, et Davide, insimac et humiliis fortis homine, et fortasse respicit Maria simul ad hoc exemplum, expendens, sibi idem euenire, quod olim Davidi, ex cuius posteris ipsa erat, euenerat, deinde vero respicit eam, ut ad uersum antecedentem notauimus, tum ad potentes sui, et N. T. temporis Pf. II, 2, 10, qui, plerumque increduli, regno gratiae excludebantur, i. Cor. I, 26, infimi contra, quos inter ipsa etiam Maria erat, exaltabantur in thronos, cum per Christum facti essent. Filii D E I, reges, et sacerdotes coram D E O, Io. I, 12, Rom. III, 15, seqq. Apoc. I, 6, tum ad potentes, qui in tenebris regnant, quorum

quorum caput est huius mundi princeps ac dominus, *Io. XIV, 30, Eph. VI, 12*, et quorum regnum Messias euerit, *Col. I, 13, 1. Io. III, 8.*

Πανῶντας ἐνίπλησεν αὐτὸν οὐρανός. Esuriemus, h. e. indigentes, (quo sensu XENOPHON scripsit, lib. VII, de Institut. Cyri, Τριπλοῖς ταῦτα πεντάτε
συμμάχων, Hieronim. vel maxime indigent sacerdotum auxilio,) per quos, h. l. intelliguntur uel ii, qui, qua corporis uitam et amictum, huius mundi bonis indigentes, quales erant Israelite in Aegypto, unde Dominus iubebat eos aurea et argentea uasa ab Aegyptiis sibi expetere, *Exod. XI, 2*, atque hac ratione pauperes impluerit facultatibus, quas uox ἀγαθὰ Graecis significat, uid. b. RAPHELIVS in *Not. Polyb.* p. 173, contra uero diuites Aegyptios dimisit inanes, harum facillatuum respectu, quae Israelitae ab iis acceperant, uel ii, qui qua res spirituales indigentes, per Christum uero bonis coelestibus expleti, dicuntur, *Eph. I, 3*, quales sunt omnes credentes, in iisque ipsa Maria, quemadmodum e contrario ii, qui sibi persuadebant, in spiritualibus se diuites esse, atque hac falsa persuasione dementati in Christum non credebant, quales erant increduli Iudaei, qui suis operibus et propria iustitia ianixi, *Matth. V, 20, Rom. IX, 30, seqq. Apoc. III, 17*, coelestia bona appetebant, sed participes facti non sunt, *Act. XIII, 46, seqq.* inanes dimissi, conf. *Matth. II, 11, 12, Rom. IX, 31, seqq.* Hanc enim uim habet phrasis, ἀπέστελλεν οὐρανόν, ut recte obseruauit GROTIUS, ad h. l. scribens, “Αποστέλλεται οὐρανός dicuntur, quicunque rei alicuius obtinendas causa ali-“ quem compellunt, neque eam obtinent, ut uidere est infra, *cap. XX, n, n.* “*LXX in Iob. XXII, 9, Χήρας δὲ ἔχαπτεσσι λας κενάς, sic et Iudibae, X, 11,* “*ἀκέτερην τούς ἀγγέλους ἀντούς κενάς.*”

ΠΡΟΣΟΤΙΚΕΙΩΣ

I Quoties hoc adspexeris uniuersum, Dominum omnipotentem esse mente-
mento, *Rom. I, 19*, quoties miraculosa eius opera in condendo, *Gen. I, 1, seqq. Io. I, 1, seqq.* destruendo, *Gen. VII, 11*, restaurando, *Gen. II, 1, 2, et conseruando Act. XVII, 28, Hebr. I, 2, 3*, terrarum orbe attenderis, to-
ties omnipotentiae diuinae memineris, et quoties denique opus incarnationis ac redemtionis expenderis, *Ies. VII, 14, Io. I, 14, Col. II, 15, 1 Tim. III, 16, 1 Io. III, 8, Hebr. II, 4, 5*, toties eius omnipotentiam demans uenerare et time, *Psl. II, n, LXXVII, 14, 15, CIV, 24, CV, 2.*

II Si DEVS pro nobis, quis contra nos, *Rom. IX, 33*, si DEVS nostra poten-
tia et robur est, quis nobis resistere, aut nocere, potest, conf. προστοιν. ante-
ced. Ad hunc ergo fuge, et sub huius alis tutus eris, *Psl. XCII, 1, seqq.*

III Cum D E V S superbis resistat, eosque, *Dan. IV*, 27, opprimat humiles autem exaltet, *uid. προσοικ. IX. ad u. 46. seqq.* *καὶ οὐκ εἰς τὴν σφενταῖαν* fuge cœ pœstem, humiliati autem pro virili itude, *1 Petr. V*, 5, *Iac. IV*, 6.

IV H e sit solario nobis et Ecclesiae nostre, quod brachium Domini, quo nos protegit, adeo sit forte et potens, ut omnia brachia secularia uno momento opprimat, *Exod. XII*, 29, *XIV*, 21, *seqq.* *2 Reg. XIX*, 35, *seqq.* *Dan. IV*, 27, *seqq.* Ne ergo hominum timeas potestiam ac comminationes, *Pf. XXVII*, 1, *seqq.* *XLVI*, 2, *seqq.* *LVI*, 5, 12, *LXII*, 2, 10, 12, *XCI*, 1, *seqq.* *CXIX*, 6 - 16, *Matth. X*, 28.

V Ne timeas superbiam eorum, qui potentes sunt, D E V S resistit istis, conf. προσοικ. V nec f audientia ipsorum metuas consilia, D E V S ea facit irrua, *Iob. V*, 12, 13, *Pf. II*, 2, 4, *Rom. I*, 22, *1 Cor. I*, 19, 20.

VI D E V S eadem facilitate potentissimos throno dedit, *Exod. XIV*, 24, *seqq.* *Ief. XXXVII*, 33, *seqq.* *Dan. II*, 21, *IV*, 27, *seqq.* *V*, 1, *seqq.* 18, *seqq.* et divissimos diuitias priuat, *Gen. XXXII*, 10, *1 Sam. II*, 7, 8, *Iob. V*, 21, *Pf. XXXIV*, 11, qua infimos exaltat atque egenos dites facit, *1 Sam. II*, 7, 8, *Pf. CXIII*, 5, *seqq.* Idecirco metuantur Dominum, nec sua confidant potentia aut diuitias, homines, *Pf. II*, 10, 11, *Luc. XII*, 15, *seqq.* *1 Tim. VI*, 17.

VII Illae diuitiae vere salutares sunt et perennes, quibus D E V S benedixit p̄iis in Christo, *Pf. XXXVI*, 1, 9, 10, *Ief. LV*, 1, 2, *Eph. I*, 3. Has igitur quaerite, *Matth. V*, 20, 33, non illas, quae vanæ sunt, *Matth. VI*, 19, *Iac. V*, 1, *seqq.*

VIII Bene iis, qui diuitias divinae gratiae, et iustitiae sitiunt atque esuriunt, saturentur, *Matth. V*, 6, *Luc. VI*, 21, *Io. VII*, 37, contra vero uae iis, qui thesauros huius mundi eo magis sitiunt, quo divitores sunt, admodum enim difficilis erit aditus ad coelum, *Matth. XIX*, 23, conf. προσοικ. antecedens.

V E R S U S 54 — 56

54 Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ

55 μηνεσῆναι ἐλέους, (καθὼς ἐλαχεστῆρας
τοὺς πατέρας ἡμῶν.) τῷ Αθραξίῳ, οὐδὲ
τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰώνα.

56 Εμεῖς δὲ Μαρίαν σὺν αὐτῇ ὥστε
μήνας τρεῖς, καὶ ὑπέστηψεν εἰς τὸν
αἶγον αὐτοῦ.

Suscepit Israel puerum suum recor-
dari misericordiae, (sicut locutus est
ad patres nostros.) Abraham, et se-

mini eius in seculum. Mansit au-
tem Maria cum ipsa fere men-
ses tres, et reuersa est in do-
mum suum.

EZH-

Αντιλαβότο Ισραὴλ -- ἐλέους, Suscepit Dominus Iudeam, peccatis, pseudodoctrinis Pharisaorum et traditionibus doctorum oppressum fere, ac prostratum, eiusque, in carnem veniens, curam habuit, ac defendit, quandoquidem iuxta Propheticum officium, Deut. XXIX, 15, legem a corruptelis purgavit et explicavit, doctrinam Evangelii praedicauit, eumque iuxta officium sacerdotale iuvans a peccatis saluavit. Matth. I, 21; Io. I, 29, et Io. II, 2, ac denique iuxta officium Regium, potestate Satanae liberans, defendit, has enim notiones infert vox αντιλαβότο, atque, si hac ratione coniungamus eas, conciliari invicem possunt interpres, quorum alii, et quidem plerique, uerunt cum ΒΕΖΑ, in Annotat. ad h. l. suscepit Israēl puerum suum, i. e. porrēcta manu erexit, alii uero cum ΕΛΣΝΕΡΟ in Obs. S. ad h. l. reddere malunt, curam suscepit Israēlis seruūs, alii cum Βοΐσο, uid. b. WOLFIUS in Curr. Phil. ad h. l. no ionem defendendi, siue adiuuandi, praeoptant. Omnes enim eos significatus obtinet uox αντιλαβότο, ut primum probauit, l. c. ELSNERVS ipse, alter autem satis notus est, ut uix probatione indigeat, interim tamen unicum afferamus exemplum, quod b. SCHWARTZIUS ex LUCIANI Timon. attruit in Commentar. Crit. p. 126, Ην τὰ τοῦ χηρῶν ὁ ποταμὸς παραφένει, ὁ δὲ τὰς χεῖρας δέγεων αντιλαβέθαι δέντρα. Si quem huius fluminis abripiens deserat, sique manus extendens roget, ut porrētis manibus adiuuetur et extrahatur, terris autem, Iudithae XIII, 6, obseruat, in uerbis, Οὐν καὶ σὸς αντιλαβέθαι τῆς πληγούσας σου, quoniam nunc tempus est adiuuandi ac defendendi haereditatem tuam, et Act. XX, 35, ὅτι δὲν αντιλαμβάνεθαι τῶν αθεούστων, quod oporteat infirmos adiuuare, occurrit. Quod autem ad ABRAHAMI SCVLTTETI, et qui eum sequuntur, interpretationēm uocis αντιλαβότο attinet, qua ille, idem significare, ait, quod Latinis exhaereditatum deno haeredem scribere dicitur, siue, ut uerba eius ad h. l. sunt, Dethērandum esset in confessiō doctorum, quomodo reddendum esset uerbum αντιλαβότο. Notum est, solitos fuisse Graecos filios suis, ob delictum aliquod abdicare atque e conspectu remouere, et tum dicebantur filii, ἐπικτήν τὰ γένος, cum autem cum patre in gratiam redirent, αντιλαμβάνεθαι τὰ γένος. Quādmo neque Romanis ignotus fuit. Vide Leërium Caſauboni, et Meurium in Lycophionem, aut quocunque alio nomine senatus Theologicus exprimere hoc vocabulum uoleat. Certe Israēl et nos omnes excideramus gratia coelestis Patris. Itaque celebratur ille hic tanquam αντιληπτωρ susceptor, siue liberator, illam nimis remotam esse dudum indicauit b. WOLFIUS, l. c. Nam uix credibile est, Mariam, Graecorum profecto rituum ignaram, ad eorum consuetudines respxisse, cum ad locos potius V. T. u. g. Ies. XL, 8, 9, respxisse

spexisse reficiuntur, deinde nondum probavit, quod αὐτοὶ λαμβάνεθαι
 ἴσχαντι παῖδες αὐτοῦ idem significet, quod αὐτοὶ λαμβάνεθαι τὸ γένος, utra-
 que certe phrasim multum a se inuicem, tum qua ipsa uerba, tum qua stru-
 turam, differt. Quare interpretationi supra confirmatae inhaeremus, Do-
 minum scilicet extensa manu suscepisse, adiuuasse, liberasse ac defendisse Israe-
 lem primario, secundario enim ad omnes gentes hoc auxilium pertinebat,
 Gen. XXII, 18; Act. XIII, 46; Gal. III, 13, 14; speciatim vero ad credentes,
 qui sunt spiritualis Israël et populus Dei, i. Petr. II, 9, 10, puerum, h. e.
 seruum, seu ministrum, solum, vid. Act. IV, 25, et quae ad u. 69 Euang. an-
 tecced. notauiimus. Quibus addatur POLLUX, qui lib. III, c. 8, sequentia
 habet, παλαιόντας δὲ κοινούς πάγδες οἱ δοῦλοι παρὰ τοὺς Αἰγαίους, κοινοὶ σοι
 προσβύτεροι. Vocantur autem serui πάγδες apud Atticos, licet seniores iam tam sint.
 Addit. vero S. Maria rationem et finem, cur suscepit Israelem, nimirum,
 μηδῆνας ἐλέοντος -- eis τὸν αἵγαντα, recordari, siue ad recordandum,
 uel, ut recordaretur, misericordiae, de qua conf. notaia ad uersum 72 Euang.
 anteced. uories immediate promissae Abramō, Gen. XII, 3, XVI, 4;
 XXIX, 18, XXXI, 18, coll. Gal. III, 8, 14; et semiini eius, i. e. posteris, Gen.
 XXVI, 4, XXXIX, 14, in aeternum, scilicet duratura, Ps. CIII, 17, Luc. I, 50,
 h. e. misericordia diuina Abramō, Isaaco, et Iacobo promissa, secundum
 quam omnibus se gentibus benedictorum pollicitus est per Christum, usque
 ad consummationem seculi est duratura; sicut de hac promissione locutus
 est, post Patriarchas, ad patres, h. e. maiores, nostros, tum immediate, ad
 Moysen, Danidem, Deut. XXIX, 15, 18, 19, iChron. IX, u. seqq. cet. tum media-
 te per Prophetas, Lnc. I, 70. Ceterum vero notetur primo, quod uerba,
 παθῶς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, aut nuda interpunctione comma-
 tica, aut, si librum fuerit, addita parenthesi, a phrasibus, μηδῆνας ἐλέοντος
 et τῷ Αβραὰ, sint disiungenda, quandoquidem hac ratione ennis difficultas
 auferitur, uid. b. WOLFIVS in Cur. Philol. ad h. l. et sensus, quem supra indicaui-
 mus, est perspicuum, atque, Ps. XCIX, 3, eadem uerborum structura a LXX Inter-
 pretibus expressus obseruatur in uerbis, ἐμηδῆν τοῦ ἐλέοντος αὐτοῦ τῷ λαῷ,
 καὶ τῆς ἀληθείας αὐτοῦ τῷ ὅπῃ Ἰσραὴλ, recordatus est misericordiae eius Iacobo,
 et ueritatis suae domini Israëlis, promissae, conf. Mich. VII, 20, et Vindic. N. T. p.
 233. Deinde obseruetur, quod σωτήρια, apud optimos quoque scriptores, ut
 PLATONEM, THVCYDIDEM, SOPHOCLEM, EVRIPIDEM, PINDARVM,
 aliasque plures, pro posteris, siue prole, occurrat, uid. Vindiciae N. T. p. 87,
 seqq. Et denique notetur, quod locutio, eis τὸν αἵγαντα, uel, ut nonnulli co-
 dices legunt, ἐως αἰῶνος, in seculum usque, varie accipiatur, imo, auctore
 LIGHTFOOT, in Harm. tam congruum habeat dependentiam a diuersis uer-
 bis,

bis, ut difficile sit, quo referendum. Hinc factum omnino, ut alii cum zz.
GERO, ad totum canticum, alii cum PISCATORE ad finem uersus praecedentis,
alii cum GROTIUS ad uocem ἐλάλησε, aliī aliunde, referant,
uid. POLI Synopsis in h.l. alii vero idem significare crediderint, quod He-
braeorum ΠΤΩΣ, quos autem GROTIUS, ad h.l. confutauit, contra uero su-
am hypothesis frequentibus arguit rationibus, scribens, sunt, qui eis τὸν
αἰῶνα ποστούν putant pro Hebreo ΛΛΗ, quod in hunc sensum interpretatur
AQVILA et HIERONYMVS. Sed uidetur ea significatio non omnibus locis
congruere, multique Hebraei, ut et LXX interpres, alter id expōnunt. Mibi, post
alios, hoc eis τὸν αἰῶνα referendum uidetur ad ἐλάλησε, ut sensus sit, quemadmo-
dum Abramō et Isaco in perpetuum promisi. Omnino id respicitur, quod
foedus cum Isaco initum dicitur עולם לזרע אֶחָד בְּרִית Gen. XVII, 19,
quod ita explicant LXX, διαθήκην αὐδίνειν αὐτῷ Θεῷ καὶ τῷ σπέματι
αὐτοῦ μετ' αὐτῷ. Sicut autem ibi recte supplant LXX, οὐαὶ αὐτῷ Θεος εξ
superioribus eiusdem capituli commate 7, ubi cum ipso Abramō foedus fertur;
ita et hic idem subintelligendum est. Hoc enim est illud, quod DEVM ἐλά-
λησε τῷ Αβραὰμ καὶ τῷ σπέματι αὐτοῦ. Atque eadem perpetuitatis clau-
sula, sicut in foederis renouatione cum Iacobō facta, ex pacti originalis natura
inesser censeri debet, ita Davidi aperite repetita est, ut uidere est, Ps. CXXXII,
14, ubi LXX habent eis αἰῶνα αἰώνος. Et ad hanc foederis naturam respiciens
Paulus ait, αἰσχεται δῆτα ἔνα τοῦ Θεοῦ χαργουματα παῖς ἀλησσον, Rom.
XI, 29, minirum, quia fixum ratumque sit apud DEVM, Israelitas semper exi-
mia quadam misericordia prosequi, quod tunc praeципue ostendit, cum Messiam
ex ipsis nasci atque inter ipsos uersari noluit, et illis ante ceteras nationes uer-
bum salutare cum magis miraculorum testimoniis annuntiari. Verum ut opini-
tories illae difficultate sua laborant, siquidem eam, quae ad totum cantum
cum eis τὸν αἰῶνα refert, ipse contextus confutat, Grotii uero sententia eas ob-
rationes admittenda non uidetur, quia ἐλάλησε in parenthesis posita extendi
non potest ad locutionem, eis τὸν αἰῶνα, extra parenthesis, deinde aliae
phrasis suur, εἰναὶ διαθήκην αἰώνιον ἄντη η παρόπαυσις μου eis αἰῶνα
αἰώνος, alia uero phrasis, ἐλάλησε eis τὸν αἰῶνα, illae usitatae, sunt, haec
inustata, eo sensu, quo accepit GROTIUS, sic nostra sententia iuxta contextum,
promissiones divinas, et analogiam fidei, haec est, locutionem eis τὸν
αἰῶνα cohaerere cum ἐλέου, ut sensus sit, quem supra indicavimus, mi-
sericordiam scilicet Domini duraturam esse, quoad regnum gratiae duratu-
rum sit, conf. uersus 50 huius capituli.

Eusebe de Marciā σὺν αὐτῷ - eis τὸν οἶκον αὐτῆς. Mansit autem
Maria, non coniuandi et orandi, sed amoris et amicitiae causa, ut Elisa-
betae quibusuis modis ac quacunque occasione succurreret et inferueret, cum
ipsa

ipsa, qua dictione conuersatio familiarior, idem contubernium, eademque mensa indicatur, circiter mensa tres, quod tempus, si mensibus addamus grauiditatis Elisabetanae, quos Angelus, u. 36, indicauerat, idque, cum u. 39 conferimus, nos docet, Mariam Elizabetae partum non expectasse, sed ante eum discessisse, quod etiam confirmat uersus 57, in quo dicitur, *Elisabetae*, postquam *Maria* iam iam discesserat, impletum fuisse tempus partendi. Idcirco recte reiecit eorum sententiam GROTIUS, qui, *Mariam* partui interfuisse, statuunt, inquiens, *Turbam*, ut uidetur, uitans discessit sub tempus partitudinis. Nam si partu interfuisse, quod volunt quidam, mansisset etiam per tempora *Aocheiae*, curatura pueroram, quod excurrisset extra mensem tertium. Ante partum ergo *Elisabetae* reversa est *Maria*, hac forte causa adducta, quoniam tempus instabat nupicias cum sposo suo *Iosepho* celebrandi, Matth. I, 18, seqq. in domum suam, num conduxitiam, an propriam, incertum est. Si vero Pontificios audiamus, propria ipsi fuit domus, atque post haec ab Angelis ex Nazareno oppido deportata fuit in *Dalmatiam*, dehinc *Lauretum* oppidum Italiae, et idololatrico cultu, qui hoc loco imagini Mariae praestatur, satis celebre, adeoque, si fabula uera est, hodie adhuc superstes, prout ex instituto ac pro uirili persuadent suis. conf. TROLLO in der Orientalischen Reisebeschreibung, p. 548, seq.

ΠΡΟΣΟΙΚΕΙΩΣΙΣ

I Cum DEVS sua misericordiae recordetur, er manus suas in dies extendat, *Ies. LXV, 2*, ut te erigat lapsum. Noli repugnare ipsi, ne cadas, *Matth. XXIII, 37*. *Luc. II, 34*, *Act. XIII, 46*, *Rom. IX, 32*. Conf. ad u. 34 et 35. *Euang. Domin. post Nativitat. Christi. προσον. II, III, et V.*

II DEVS solus est, qui iuare potest, prae ter ipsum nullum salus, nullum auxilium, 2 *Reg. VI, 27*, *Psl. XL, 18*, *CXXI, 2*, *Ies. XLIII, u.* Ad hunc ergo confuge, conf. ad u. 68 et 69 *Euang. anteced. προσον. IV*, et ad u. 52 et 53 *bius Euang. προσον. II*.

III DEI tu filius es, ergo filiali meo et amore eum prosequere, *Rom. II, 15* seq. DEI seruus ac minister es, serui ac ministra fideliter, *Eph. VI, 6* seqq.

IV Quae DEVS Abraham, credentium patri, promisit, ea ad omnes spectant credentes, *Rom. IV, u. 16, 24*, *Gal. III, 14*. Idcirco omnes expectent auxilium et promissionum impletionem, uid. ad u. 68 et 69 *Euang. anteced. προσον. II*.


V Ut misericordia DEI in aeternum est duraturam esse, *Matth. XXIX, 20*, nec a portis inferni iri superatum necesse est, *Matth. XVI, 18*.

VI Quoad fieri potest, cum piis quidem conuersandum est, sed cum necessitas urgeat, ab iis domum est revertendum, et ad uocationis opera redeundum, *Coh. IV, 17*, 2 *Tim. I, 5*, 1 *Petr. IV, u.*

ΤΩΙ ΘΕΩΙ ΜΟΝΑΙ Η ΔΩΣΑ

OO A 6416

R



Q. D. B. V

25

DISSE³⁰TATIONEM THEOLOGICAM
DE
**FIDEI ΠΛΗΡΟΦΟΡΙΑΣ
CERTITUDINE**

AD LOCOS

LVC. I, 57 - 80, ET I, 39 - 56

ILLVSTRANDOS

PRAE SIDE

CHRIST. SIGISMVNDO GEORGIO

SS. THEOL. DOCT. EIVSDEMQUE PROF. PVBL. ORDIN
REGIOELECTORAL. ALVMNORVM
EPHORO

AD DIEM FEBRVAR. CIO IO CC LIX

IN AVDITORIO MAIORI

DEFENDET

GOTTLIEB CONSTANTINVS GRVNEWALD
ZITTAVIA LVSATVS

VVITTEBERGAE

LITERIS TZSCHIEDRICHIANIS IMPRESSAM

